







*[Faint, illegible handwriting on aged paper]*





1688:

1. Beckmann, Joh. Valh: De jure dignitates conferen-  
di in imperio Romano - Germanico.
2. Beckmann, Joh. Valh: De privatorum principum  
ac nobilium tubelis
3. Beckmann, Joh. Valh: De pacto commissoria
4. Beckmann, Joh. Valh: Ad legem situtor II. I.  
quando ex facto tutoris etc.
5. Beckmann, Joh. Valh.: De iusta iniuste detestentium  
memori.
6. Beckmann, Joh. Valh: De concursu duarum causarum  
lucrativiarum.
7. Beckmann, Joh. Valh: De commissariis Imperialibus in  
causis iustitiae 2 Sumpt. 1685<sup>o</sup> 1740.
8. Beckmann, Joh. Valh: De fructuum perceptione.
9. Beckmann, Joh. Valh: De privilegio ordinis.
10. Hartung, Joh. Christoph: De superstitione



11<sup>a, b, c, d</sup> Millerus, Nicolaus Christoff: Re baptismo. 4 Sampl.  
1683, 1703, 2 Ed. II.

12. Millerus, Petrus: Decanus collegii juris Nisi et Reputationum  
in univ. Saxonis Casparsi Bergeri inventa.

13. Millerus, Petrus: De reviviscentia juriſum extincto-

<sup>rum</sup>  
14<sup>a, b, c</sup>: Millerus, Petrus: De jure columnarum. 3 Sampl.  
1685, 1706, 1740

15. Millerus, Petrus: Casus hinc peritus Dubii

16. Millerus, Petrus: De solutione minoris summae  
in deductionem majoris . . .

17. Millerus, Petrus: De redemptore licetis alienae.

18<sup>a, b, c</sup>: Millerus, Petrus: De gynaecocratia in regio  
nitibus imperii Germanici. 3 Sampl. 1685, 1706,  
1739

19. Millerus, Petrus: De odio violentiae

20<sup>a</sup>: Millerus, Petrus: De laesione juris. Ed. 2. 1706

W<sup>o</sup>: Millerus, Petrus: De copiis auxiliariis sibi  
suum imperii



1725









L. N. S. S. T.  
DISPUTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

De  
**BAPTISMO,**

QUAM  
Divina adspirante Gratia  
*Autoritate Illustris in Inchyta Salana*

JCTORVM SENATVS  
SVB PRÆSIDIO  
VIRI

*Magnifici, PræNobilissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*

**DN. NICOL. CHRISTOPH.  
LYNCKERI,**

JCti Consummatissimi, Ducum Saxon. Consiliarii  
eminentissimi, Facultatis Juridici Senioris, ejusdemque Pro-  
fessoris Primarii, Curia itidem Provincialis ac Scabina-  
tus Assessoris gravissimi,

*DN. Patroni ac Promotoris sui omni observantia cultu etatem  
prosequendi*

**PRO LICENTIA**

*Supremos in utroque Jure Honores ac Privilegia more  
Majorum capeffendi,*

Publicæ submittit disquisitioni

**JOH. JACOB. Hartung/ Marlishuf. Thur.**

*Ad D. April. Anno M. DC. LXXXV.*

EDITIO QVINTA.

Litteris WERTHERIANIS.



DISPUTATIO IN ACADEMIA HALLENSIS

# BAPTISMO

Dei adhibendo  
Auctoritate  
1673


DAVID NICOL CHRISTOPH  
LYNCKER

ICI COMITISSA  
COURTESY OF THE  
UNIVERSITY OF  
HALL

PRO LICENTIA

IN ACADEMIA  
HALLENSIS  
1673





JOVA JUVA!

## PRÆFAMEN.

**S**unt, qui dicunt, Jus Episcopale seu jurisdictionem Ecclesiasticam in aulis Principum Secularium sedem olim solum habuisse, & neminem, nisi hos Patrones agnovisse, postea illud Paparum Tyrannidem & μοναρχικὴν ἰσχυρὰ, cum Imperatoribus & Regibus frustra injicere cœperint, è manibus Principum Secularium non solum extorsisse, sed quoque vi astuque, tanquam proprium, sibi vendicasse, Joh. Gerhard. *Loc. de minister. Eccles. Sect. 5. §. 112. in f. Carpz. Proc. Tit. 1. a. 2. n. 2.* latissimè Anton. Faber. *de Relig. regend. in Rep. L. 1. c. 4. n. 2. 6. 10.* & passim per tot. lib. 1. in quam & sententiam inclinat Reink. *de R. S. & E. L. 3. cl. 1. cap. 10. in addit: Quod* autem, re bene ponderata, per transactionem Passaviensem, *de anno 1552.* & hanc subsecutam religionis Pacificationem, (de qua ineunda & perficienda Imperatores & Imperii status & Proceres ultra triginta annos in comitiis tam universalibus, quàm particularibus anxie tractarunt: ) in *Recessu Imperii de anno 1555.*

A

S. damit



§. damit auch ibi: So soll die Geistl. Jurisdiction wieder der  
Augustinischen Confession, Religion, Glauben, Bestellung der  
ministerien, Kirchengebräuche, Ordnungen, Ceremonien, so sie  
auffgerichtet oder aufrichten möchten, bis zu endlicher Vergleichung  
der Religion nicht exerciret, gebrauchet und gehalten werden,  
suspensum atque Statibus Imperii, qui Erb- und Landes-  
Huldigung, Pflicht, Land- und Heersfolge habent, iterum  
datum vel potius restitutum est: Coler. *Conf.* 34. n. 123. & *segg.*  
Besold. *Discurs. Polit. c. 5. de arar. publ.* §. 24. ut ita illi non  
solum regionis, (Ducatus, Principatus, Comitatus &c.) sed &  
religionis, (jurisdictionis Ecclesiasticae) curam & rationem  
habeant vi superioritatis territorialis, Krafft habender Landes-  
Herrsch. Obrigkeit. Carpz. 6. *Resp.* 42. n. 22. & in *Comm. ad*  
*Leg. Reg. c. 3. Sect. 9.* Illustr. Dn. Struv. *Ex. 9. lb. 16.* quod &  
Cothmann. *Respons. Acad. 1. n. 64.* vocat axioma Juris  
in Germania, quod, tanquam principio Jurispublici utantur.  
Igitur non inconcinne dicitur, Superiorem Principem Im-  
perii, (praecipue apud Evangelicos,) duo habere brachia  
seculare & Ecclesiasticum: vel duplicem territorii sustinere  
personam, Principis nimirum, & Episcopi; qua propter &  
duplicem eum exercere jurisdictionem, secularem sc. & Eccle-  
siasticam, ita, ut in Conciliis Patrum, in Comitibus autem  
Principum partes sustineat: in Ecclesiis immolet, in Palatiis  
dominetur: Ex hac parte claves, insulam, sacra; ex illa  
gladios, purpuram, tribunalia &c. sibi vendicet. Expediunt  
autem illa, quae sunt Jurisdictionis Ecclesiasticae in Consi-  
storiis, quibus praefecti sunt Theologi pariter atque Politici,  
qui inde Consistoriales dici consueverunt. Besold. in *Theol.*  
*Pract. voc.* Bischoff & tales fere apud omnes Principes &  
Status Augustanae Confessionis inveniuntur. Gylmann in  
*Symphor. Tom. 1. p. 1. Tit. 3. n. 8.* Licet quidem non omnes  
Ecclesi-



Ecclesiastica causa sine discrimine ad Consistoria spectent,  
sed saltem illæ, quæ sunt potestatis Ecclesiasticæ externæ,  
( exclusis iis, quæ sunt potestatis internæ; ut prædicatio verbi  
& Sacramentorum administratio &c. ) ut cura vocationis  
Ministorum, cura & dispositio bonorum Ecclesiasticorum,  
Synodorum Provincialium convocationes, Constitutionum  
Ecclesiasticarum promulgationes, Kirchen-Ordn. sehen, earun-  
demque mutationes, dispensationes, visitationes & alia;  
Tamen, cum visitationes peragantur à Consistorialibus,  
quibus imprimis in doctrinam ( quam profitentur Eccle-  
siæ ministri ) inquirant, Auditores examini subjiciant, scan-  
dala, si qua orta removeant, Sacramenta juxta institu-  
tionem divinam, ut administrent, curent, sequitur, ut &  
de his, ratione excessuum, quæ occurrunt in administratio-  
ne Sacramentorum, aliorumque, quæ aliàs sunt internæ po-  
testatis, solliciti sint, quæ propter & mihi, hæc licentiâ in-  
ducto, animus est circa ea, quæ ex administratione S. Baptis-  
mi ad cognitionem Consistorialem spectant, disputationem  
conscribere: & quidem hac methodo utamur distribuendo  
eam in octo capita, ita, ut in I. cap. agatur de Baptizandis,  
II. de Actu Baptismi & in specie de Baptizantibus III. de Bap-  
tismo, qui peragitur in casu extremæ necessitatis IV. de Rei-  
teratione baptismi V. de Baptizatis VI. de Conviviis Baptis-  
malibus VII. de Patrinis & Obstetricibus, tanquam adjunctis  
Baptismi IIX. de Contrariis Baptismi. Qui conatus noster,  
ut eò feliciter procedat, divini Numinis gratiosam assistentiam,  
atque auxilium, quod sub initium petimus, humillimis implo-  
ramus precibus.



CAPVT I.  
De Baptizandis.

§. I.



Rore Pontificiorum crasso, qui campanas, ut sint immunes à Satanae potestate, naves, arma, vexilla, aliasque res inanimatas baptizarunt, explosò, Nostrates ex S. Scriptura, *Matth. 28.* solos homines tanquam nobilissimas & ad Imaginem Dei conditas creaturas pro objecto baptismi constituunt; ubi requiritur, ut homines vivi & in lucem sint editi. Renasci enim præsupponit nasci & nemo potest renasci nisi prius natus fuerit. *c. 115. de Consec. dif. 4. vid. Bellarm. Lib. de Baptismo c. 8. Barbos. in Collect. Jur. Can. pag. 18. n. 20.*

§. 2. Primo autem loco quæri meretur, an non illi, qui ex una parte saltim sunt editi, ex parte autem altera adhuc existunt in utero matris, sint baptizandi? Dicit summa Angel. in *verbo baptismi memb. 6. quæst. 3.* multiplices esse opiniones Canonistarum in hac quæstione: primò enim Thomas *p. 3. summ. quæst. 68. in problem. 11.* concedit quidem, regulariter expectandam esse totalem egressionem, si autem mortis periculum immineat, & caput primum egrediatur, partum debere baptizari, quia in capite fundantur omnes sensus, quod & alii affirmant, licet quâcunque aliâ parte egrediente, modò periculum mortis immineat, ita tamen, ut postea, si integrè nascatur, iterum conditionalis baptis- mus sit adhibendus, hisce verbis; Si non es baptizatus, Ego te baptizo, si autem es baptizatus, ego te non baptizo; sed quid



quid de tali baptismo sit habendum, infra cap. 4. §. 7. dicitur ex Luthero Tom. 8. Germ. Jenens. fol. 51. ubi hunc baptizandi modum vocat intolerabilem, propterea, quod incertos reddat homines, ut nesciant utrum sit verus baptismus? Nos potius sequimur Dedekenn. *Consil. Theol. V. 1. L. 2. De Baptismo. n. 1. 2. 3.* qui negat, Baptismum administrandum esse, nisi in eo, qui totus sit natus arg. *Job. 3. v. 5. Augustin. Epist. 57. ad Dardan. Luther. alleg. loc. n. 50. l. quod certatum 3. Cod. de posthum. hered. instit. add. & gloss. in c. 114. de consec. dist. 4.* quod & variarum Ecclesiarum Constitutionibus Eccles. sancitum reperitur, imprimis autem clarum id redditur per Sanct. Eccles. Elect. *gen. art. Lib. 6. cap. Von der Nothtauffe.* ibi: Demnach denn die Heil. Tauffe ein Sacrament der Wiedergeburt ist, erfordert die Natur dieses Sacraments, daß das Kind so das Sacrament der Wiedergeburt empfangen soll, zu vor an die Welt gebohren sey. Eadem fere verba inveniunt in der Weym. Kirch. Ord. L. 2. cap. 12. §. 1. & ordin. Eccles. Hallens. Tit. von der Nothtauffe in verbis was weiter & Niedersächß. Kirchen-Ordnung fol. 171. ibi zum fünfften muß, etc. Sic etiam novimus casum, ubi in patria obstetrici cuidam, propterea, quod suasu parientis, quæ ob pudorem, pastorem (putabat enim eum advenientem baptizaturum esse partum) admittere recusabat, foetum nondum totaliter ex ventre egressum baptizaverit, poenam carceris ad aliquot dies dictatam fuisse. Quod idem observandum est in eo casu, ubi partus quidem perfectus, ab utero tamen puerperæ ob alia impedimenta separari non potest vid. Braunsch. Kirchen-Ord. fol. 69. in verb. Sondern solche Leibesfrucht.

§. 3. Succedit jam altera quæstio, num partus immaturus, qui nascitur 5. vel 6. mense, ita tamen, ut formam humanam, omniaque membra non solum habeat, sed & vocem



emittat, sic baptizandus? Affirmatur, cum à summis & experientissimis Medicis & Philosophis partus septimestris habeatur pro legitimo; hoc præsupposito, sequitur, quod partus mense 5. necessario sit habendus pro vitali; constat enim, quod aliàs in jure v. g. in puncto abortus, partus post dimidium uterum gerentium tempus pro animato & vivente habeatur quod & per Constit. Elect. 4. p. 4. expeditum est, (quamvis non pauci sint, qui foetum masculinum post diem 40. femininum vero post diem 90. à die conceptionis vivere volunt Plin. L. 7. natur. histor. cap. 6. Menoch. L. 2. de arbitr. jud. quest. cent. 4. cas. 357. n. 3. alii post diem 35. indifferenter Damhaud. in Prax. Crim. cap. 74. n. 15. iterum alii vitam quarunt post diem 30. in masculo; 40. autem in foemina ex sententia Hippocratis, Anton. Tessauro. Decis. 12. n. 12.) nunc autem certò certius est, quod nemini hominum vivorum sit denegandus baptismus, quod & confirmat Consilium apud Dedeken. vol. I. L. 1. sect. 3. n. 8. Super hac quaestione, ad eadem principia respiciens, ubi & hæc decisio extenditur ad quartum mensem. Verba autem hæc sunt: Da wir denn also schliessen, man soll keinen lebendigen Menschen-Kind die Heil. Tauffe auf Begehren der Christlichen Eltern verweigern, nun aber ist in diesen gesetzten Fall, (ubi partus 4. mense nascitur) das Kind, so zur Welt geböhren, ein lebendiges Menschen-Kind, darhin soll man ihme die Heil. Tauffe nicht verweigern.

§. 4. Vicinam ponimus hanc quaestionem; num monstra sint baptizanda? Tota decisio hujus quaestionis dependet ab eo, an monstrum habeat animam rationalem, nec ne? quod colligunt ex eo, si membrum principale habeat formam hominis v. g. si capite humano sit præditum, licet quoad alia membra videatur simile cani, vel habeat pedes caprinos. Si



Si hoc, utique sequitur, monstrum habere animam rationalem, cum caput sit sedes animæ rationalis. Quibus cum convenit Jus Civile, ut videre est in l. 44. ff. de Religios. & sumpt. fun. & in l. 14. de statu hominum, quæ liberos eos, & consequenter homines pronuntiant, qui membrorum humanorum officia ampliarunt junct. l. 3. Cod. de posthum. & e contrario, non liberos esse, nec homines, qui contra formam humani generis converso nomine procreantur, innuit l. 128. & 135. ff. de V. S. Confer Goëdd. ad cit. LL. Joh. Gryphander in discursu de homine polit. consid. ad Arumcum. add. Dunt. Cas. Conf. c. 14. Sect. 1. quest. 24. Gerhard. Tom. 4. loc. 23. de SS. baptis. Prückner 5. quest. 21. Dedeken. Consil. Theol. d. l. n. 2. & 4. ubi & hoc extenditur ad illum foetum ex concubitu cum bestiis orientem, pro quo & respondit Facultas Theologica Jenensis, ut videre est apud Dedekenn. d. l. sect. 3. num. 7. quod huc apponere haud piget. Wenn aber ex concubitu cum bestiis die Mißgeburt herrühret, ist ein Unterschied zu machen, so die rechte Seite vom Haupt bis auf den Fuß einem Menschen; die lincke aber einem Vieh gleich ist; vel e contra: Halten wir davor, wosfern das Haupt eines menschlichen Hauptes Gestalt hette, daß in beederley Fällen die Tauffe einer solchen Mißgeburt mitzutheilen in Mischung, daß das Haupt ist sedes animæ rationalis, und weil dasselbe eine Form menschliches Hauptes hat, ist daher abzuzunehmen, daß in demselben partu monströse eine menschliche vernünfftige Seele vorhanden. Secus autem si pars corporis minus principalis tantum formam hominis sit prædita, v. g. si pedes habeat hominis, caput autem declinet à natura hominis, quod idem comprehenditur sub responsio ibi: Wenn aber das Untertheil allein als Mensch, das Obertheil als ein Vieh gestalt, wird billig die heilige Tauffe demselben verweigert, quod  
tamem



tamen restringere videtur Dedekenn. loc. cit. ad talem casum, ubi non solum caput habeat formam humanam, sed & præterea adhuc plura membra humanæ naturæ sint convenientia, quod colligitur ex exemplis subjectis, confer Paul. Zach. in *quæst. Medic. Legal. L. 7. Tit. 1. quæst. 4. n. 5.*

§. 5. Alia exinde exurgit quæstio, quid de bicipite statuendum, an in eo baptismus sit geminandus? Item & hic rationem decidendi quarimus in eo, an biceps sit donatus duabus animabus rationalibus; in distinctis & quasi separatis corporibus, quæ quidem circa partes inferiores coherent, quod interdum, licet rarò, accidere solet: Zach. *L. 7. Tit. 1. qu. 5. n. 1. & seqq.* & hoc colligitur ex diversis operationibus, (una enim eademque anima unò eodemque modò, locò & tempore contraria velle non potest.) Exempla videre licet in Francisci Schaubühne *p. 1.* ubi, dum alterum bicipitis caput preces fuderit, alterum maledictiones evomit. ad Zach. *d. 1.* Si tamen unum caput alteri tantum, ut rudis quædam carnea moles, adjacet, tunc nullum habebit locum baptismus, consentiente Huttero *ap. Dedekenn. sepe alleg. loc. 6.* Ceterum de hac quæstione vid. Pruckner *Cent. 5. quæst. 22.*

§. 6. Adjicere hic licet quæstionem tam à Theologis, quàm à Canonistis sat agitatum. An nimirum infantes infidelium, parentibus invitis, possint baptizari? Sunt, qui negant, propterea, quod si hoc procederet, imposterum nullus esset Judæus in orbe, & sic non impleretur Prophetia *Esaiæ 10. & Rom. 9. X. de judæis.* ex qua ratione existimant permulti, Judæos etiam in plurimis Rebus publicis Christianorum tolerandos, ut impleantur Scripturæ, vid. Thom. 2. *quæst. 10. art. 12. Calder de judæis C. 3.* Alii contrarium simpliciter



simpliciter suadent, dum ejusmodi infantes per violentiam quandam sive clam s. manifestè parentibus rapiendos, raptos baptizandos, baptizatos vel parentibus restituendos vel sub nostro imperio esse retinendos, volunt. Alii distinguunt inter infantes, qui in Christianorum potestatem redacti sunt sive per emptionem, sive per bellum, sive aliò modò, vel non: ita ut, priori modo quæstio rectissimè affirmetur, quia ad illos quoque pertinet promissio & consequenter ejus obligatio. Posteriori autem modo quæstio sit neganda, cum tali modo Sacramentum quasi prostituatur & à canibus dilaceretur: accedit, quod hæc sententia non solum sit contra jus Naturæ & Divinum, sed & contra jus Civile, quæ severissimè prohibent, ne bona aut facultates multò minus infantes vi rapiantur. Dedekenn. *sepe allegato loco Sect. 2. n. 7.* & Balduin *L. 4. cap. 8. cas. 8.* Pruckner, *5. quest. 32.* Quamvis inveniantur, qui judæis potestatem in liberos vel totaliter denegant, vel eam saltem restringunt ad temporalia, *arg. c. 3. 4. de baptisim.* ut ad spiritualia non pertineat. vid. Angles *Consc. 1. c. 2.*

§. 7. Consultum & hic de infantibus expositis agere existimamus, an nimirum illi, si non satis constat, an sint baptizati, sint baptizandi? In hac quæstione aliter sentiunt Pontificii: aliter Nostrates; illi volunt eos esse baptizandos sub conditione: Si sc. baptizati sint, eorum baptismum de novo nullum esse debere: Sin vero non baptizati, eorum baptismum jam administratum valiturum Caranz *de part. natur. c. legit. c. 4. n. 55.* Sayr. *cap. 8. n. 11.* Nostrates vero absolute & absque conditione, propter summam baptismi necessitatem. *Job. 3. v. 5.* Talis enim Pontificiorum baptismus nullius est efficaciz ad consolandum, quia baptizatus tum semper incertus est de suo baptismate. Brochm. *in System. Univers. Theol. de Baptismo cap. 7. cas. consc. 6.* quò & facit Niedersächß. Kirchen Ord.

B

fol.



fol. 127. Wenn sich auch wohl begiebet, das bösse, gottlose, unchristliche, vergessene Leute ihre Kinder auf den Gassen und Kirchen oder jemanden vor seine Thür, oder sonst an andere Oerter hinlegen, da sie hernach lebendig gefunden werden, und weder schriftlicher Bericht noch einige mündliche oder andere Kundschafft vorhanden, noch zu bekommen, sondern es gar ungewiß ist und kläret, wenn solches Kind angehörig, ob es getaufft sey oder nicht: So sol mit solchen Kindern nur schlechter Dinge zur Tauffe geehret werden, weil von einiger vorigen Tauffe gar kein beständiges Zeugniß vorhanden ist, und kan diß nicht vor eine Wiedertauffe gescholten werden, denn eine Wiedertauffe ist, welche geschicht wieder eine öffentliche bekante Kindertauffe und gilt auch hier Augustini Spruch: non potest dici iteratum quod nescitur esse factum. c. no. 6. III. de Consec. dist. 4. vid. & hac in re Lutheri Bedencken von Findelkindern. ex Tom. Jenens. 8.

§. 8. Idem asserendum esse putamus, si schedula sit ad dita de baptismo collata, cum in tam ardua causa schedulae, tanquam privatae Scripturae, non sit fidendum. Ecclesiae enim testimonium praevalet, quippe publicum. Gerhard, Tom. 7. loc. 23. §. 707. König, in p. 1. cap. de baptismo cas. 14. Pruckner de baptismo. Nec sic Infantibus illis aliquando in adulta aetate graves tentationes & dubitationes perpetuo metuendae sunt, quippe qui certiores de baptismo & consequenter gratia Dei facti sunt, vid. Dedekenn. d. 1. n. 9. Regula enim est, quod in casibus dubiis satius sit baptismum repetere, quam de semel suscepto tam ratione quidditatis, quam veritatis per omnem vitam dubitare, Dedekenn. V. 2. in Append. p. 1. §. 9. n. 2.



## CAPVT II.

# De Actu Baptismi & in specie de Baptizantibus.

### §. I.

**C**um baptisus ex principiis revelatae Theologiae sit ordinarium regenerationis medium, sanctum initiationis Sacramentum & Janua, per quam intrare possumus coelum, sequitur, quod nemo eum spernere vel procrastinare, imo nec parentes pro suo arbitrio vel forsitan propter apparatus splendorem salva conscientia baptismum infantum differre possint. Nam sicut aequitas in V. T. octavum diem circumcisioni destinans prohibebat hujusmodi procrastinationem, ita & hic, quando differtur baptismus, qui successit in locum circumcisionis, videtur, id fieri non solum ex vilipendio & contemptu, sed etiam maximum periculum salutis creari infanti *apostolice*. *Job. 3. v. 5. Amel. de Conscient. L. 4. cap. 27. Balduin. 4. c. 8. cap. 5. Kesler in Theol. Cas. Consc. c. 34. Musculus in loc. Tit. de Baptism. pag. 338.*

§. 2. Interim sufficientes causas suspendendi baptismum neutiquam dicimus esse convivia, quo sc. eo magis pomposa celebrentur & apparatus cibi & potus commodius & largius apparetur, quod imprimis fieri solet à Nobilibus, vid. Pruckner. 5. *quast. 20.* qua propter & à diversis Ecclesiarum constitutionibus sub varia & gravi poena prohibitum est, ne differatur, ut in *Constit. Eccles. Elect. Synod. gen. Decret. de anno 1624.* *Verf. So. sollen die Leute in Städten und auf den Dörfern Fleiß anwenden, daß ihre Kinder so bald es möglich, zur*  
Heil



H. Tauffe gefördert, und nicht daran verhindert, noch über einen oder 2. Tage bey Straffe eines guten Schocks der Kirchen zu erlegen, angehalten werden, & Gothaisch. Landes-Ordn. p. 2. c. 1. Verf. Dieweil auch; ibi: als soll niemand sein Kind, aus was Ursachen es auch geschehen möchte, über den andern Tag ungetaufft liegen lassen, bey Straff 5. oder nach Gelegenheit der Personen 10. Thahr. à qua parum recedit Ordin. Polit. Comit. Schvvarzb. Sondershus. Lin. cap. von der Kindtauffe 5. ubi hoc sub eadem poena præceptum reperitur, juncta ordin. Eccles. ejusdem Comit. cap. von der H. Tauffe §. 2.

§. 3. Cum & Ecclesia introduxerit, ut ante baptismum infanti à patre nomen imponatur, quo & nominetur in actu baptismi à baptizante c. 60. de consec. dist. 4. necesse duximus, paucis de hoc in præsentì agere. Solliciti autem parentes esse debent, ne suis liberis vana, scurrilia & ex gentilismo venientia, sed potius Christiana & a virtutibus desumpta nomina imponant; Quod & suadet Jus Civ. ut Nov. 28. c. 1. ubi Justinianus Imperator vult ut rebus & personis pulchra nomina dentur: verba enim hæc sunt: *quia pulchrius fuerit regiones Christianorum & Regum nominibus designare, quam bis, quæ belli & tumultus præ se notionem ferunt.* Sic olim diversa nomina hominibus à variis vitiis imposita sunt, v. g. Xenarchus Rhodius à bibacitate dictus est Metretes, teste Alex. ab Alex. L. 2. c. 2. Fabius ob devoratum luxu patrimonium Gurges vocatus est, Autore Macrob. apud Volat. lib 16. apud Anthrop. Adhuc pluræ exempla videre licet apud Mascard. de probat. Concl. 832. n. 22. & seqq.

§. 4. Sic & olim apud Græcos & Romanos imponebantur infantibus nomina tam à patrino, quam a patre, præsertim autem, ubi jam moris erat nullis, nisi Paschatos & Pentecostes festis (excepto necessitatis casu) nomen dare solebant

can.



*can. 11. & seq. de consec. dist. 4.* De impositione autem nominis apud Hebræos in die octavo circumcisionis constat ex sacris Bibliis. Apud Romanos fiebat die Iustrico, maribus nono, foemellis octavo Vid. Macrobi. 1. Saturn. 16.

§. 5. Hic autem quæritur, an non nomen semel impositum mutare liceat? aff. per expressum textum in *l. unic. C. de mutat. nomin.* ubi dicitur, quod unicuique integrum sit, suum nomen vel prænomen mutare, eo, quod ab initio cuilibet liberum fuerit nomen pro lubitu assumere *d. l. unic. & præterea nomina sint indita ad placitum, quibus unus ab altero dignosci facile possit l. 10. C. de ingen. manumiss. §. 29. Instit. de Legat. Carpzov. Prax. Crim. quest. 93. n. 33.* plures rationes vid. apud Menoch. *de arbitr. jud. quest. L. 2. cas. 318. n. 2. & DD. ind. l. unic. c. de mutat. nom.* inprimis Brunnem. *n. 1.* modo absque fraude fiat. Carpz. & Brun. *dd. 11.* sic ex SS. patet, ubi nomina interdum sunt mutata, ut Abram Gen. 17. 5. dictus Abraham; Jacobus dicitur Israel Gen. 32. v. 28. Saulus dicitur Paulus. Act. 13. v. 9. & pluribus aliis locis. Ut autem licitum sit, tamen temere & ex libidine aliqua, levitateque, nomina non esse mutanda, sed gravi de causa, suadent plurimi, Pruckner. *5. quest. 47. arg. Num. 13. vers. 17.* quomodo Hoseas a Mose Josua, Simon a Christo Petrus dictus est *Job. 1. v. 42. Finck. in quest. Theol. pag. 606.* Tali enim modo facilis confusio nominum & hominum ex eo existeret *Meelsûhr. in Vindic. Evangel. in Fest. Circumcis. 9. 86.* Prætermitto, quod sæpe susceptores s. patrini, quorum nomina fere semper adipiscuntur infantes, injuriam sibi ipsis fieri, putent, si illius, quem susceperunt, nomen mutetur, & explicent, hoc fieri ex contemptu.

§. 6. Hactenus consideratis iis, qui possint & quo tempore debeant baptizari, necessitas nunc postulat, ut videamus,

B ;

cu-



cujusnam sit baptizare? Regulariter autem hoc officium spectat ad ministrum Ecclesiæ ordinarium, legitime vocatum & orthodoxum. C. 19. & 20. de consec. dist. 4. Tertull. de Baptismo c. 17. Bartholom. in Instit. Jur. Can. pag. 380. Ziegler, ad Lancellot. Instit. L. 1. Tit. 22. vid. & Const. Eccles. Elect. gen. decr. 16. & 24. Verfl. insonderheit, ibi: Obwohl sich nun keiner, der nicht ein ordentlicher Pfarrer oder Caplan ist, auffer dem höchsten und äussersten Nothfall unterstehen soll, die Tauffe zu verrichten &c. & ibi: Kein Custos &c.

§. 7. Necesse autem est, ut baptismus peragatur in Ecclesiis seu cœtu publico, quod non solum jure Can. requiritur, sed & a jure Civ. approbatur, ut *Novell. 58.* ubi Justinianus sanxit, ne sacra fiant in adibus privatis; idem repetitur in *Novell. 137.* ubi expresse ad baptismum applicatur hoc: quo & spectat *Constit. Eccles. in Elect. Sax. de anno 1580. Tit. 6.* ibi: So sollen die Pfarrer sich bestreiffen, daß sie in Gegenwart der versammelten Kirchen geschehe, & dict. *Ordin. Eccles. Schwarzrb. cap. Von der Heil. Tauffe §. 3.* ibi: Solches wollen wir hiermit gänglich abgethan und befohlen haben, daß kein Pfarr eine solche Tauffe, auffer wenn die gedachte Noth oder unsere dispensation und Vergünstigung vorhanden, verrichten solle. Quod tamen non est trahendum ad Illustres nec non spectabiles personas, quippe quæ expresse excipiuntur *Ordin. polit. Elect. de an. 1661. Tit. 7.* ibi. Es sollen verb. jedoch hiervon ausgezogen werden die von Adel, Churfürstl. Räte und hochgraduirte Personen.

§. 8. Cum & hoc Sacramentum baptismi adeo sit sanctum, ut Divina Majestas cum omnibus Angelis non solum adset, sed & per hoc cœlum renato referatur, debent ejus Administratores s. Sacerdotes summa cum reverentia illud peragere & administrare, quod & suavit Lutherus in *cap.*



47. *Gen.* cum dicit: nos baptizantes genua flectere vel salutare debemus in signum adorationis seu reverentia, aut gratitudinis & a Kemp. de imitatione Christi L. 4. c. 5. Si haberes angelicam puritatem, & S. Johannis Baptista Sanctitatem, non esses dignus hoc Sacramentum tractare. Et paulo post. Est magna dignitas Sacerdotum, quibus datum est, quod Angelis non est concessum: add. Gerh. in Medit. 13. adeoque ab omnibus vitiis, imprimis autem ab ebrietate, qua alias vocatur radix omnium peccatorum, abstinendum est, cum maxima scandala ex ea profluant. Sic etiam de hoc reperitur Constit. Eccles. in Ducatu Sax. Vinariensi L. 7. c. 2. ibi. Sonderlich aber sollen die Pfarrer ihrer selbst wohl wahrnehmen, daß sie nicht unbefonnen oder verdroffen, vielweniger aber, so lieb ihnen ist, schwere unnachlässige Straff zu vermeiden, trunken seyn, wenn sie die Tauffe verrichten, damit sie die Christl. Gebethe und zusörderst die Worte darinnen die Tauffe vornehmlich bestehet, verständlich und vernemlich sprechen, auf daß sie nicht die umstehenden Zuhörer ärgern, sondern vielmehr zur Andacht und Christlichen Gedanken bewegen; & Ordin. Eccles. Elect. *Gen. art. 1581. Tit. 6. in verbis.* Derohalben es auch wohl recht und billig ist, daß man nicht trunkene und rohe Pfaffen tauffen lasse. Confer & sepe alleg. ord. Eccles. in Comit. Schvvaritzb. c. 4. §. 1.

§. 9. Si quis Parochorum autem hac in re tergiversatur, minusque sobrie ad actum baptismi accedit, illi nequam condonandum erit, sed ad Consistorii cognitionem vocandus, severaque correctione puniendus, vel etiam suspendendus, si semel saltem in hoc vitium ebrietatis inciderit & hujus lapsus serio poenituerit, sin vero habitum ebrietatis sibi contraxerit, & per hunc evidens scandalum in administratione baptismi dederit, vel ab officio removendus, aut minimum,



nimum, si spes emendationis adhuc sit, in alium locum transferendus, ubi scilicet exiguum salarium habent, vel etiam custodia pastoralis multandus est. Pruck. 5. *quest.* 15. Sic cuidam Pastori, qui, omiſſis ſolennitatibus ad baptiſmum alias neceſſariis, ex ebrietate contra Inſtitutionem Chriſti baptizavit hunc in modum, Ich gläube dich im Nahmen des Vaters, des Sohnes, und des Heiligen Geiſtes: poenam ſuſpenſionis dictatam fuiſſe a Facultate Theologica Lipsienſi anno 1654. videre eſt apud Dedekenn. *V. 2. append. ad Vol. 1. L. 2. Sect. 1.* So viel aber die andere Frage betrifft, weil der Pfarrer in ſeiner Trunkenheit ganz unrecht mit der Tauffe umgangen, und dadurch nicht alleine die Eltern in höchſte Bekümmerniß, wie auch das Kind in Gefahr ſeiner Seeligkeit geſetzt, ſondern auch bey der ganzen Gemeinde, und vielen andern Leuten groſſes Aergerniß geſtiftet, ſo halten wir dafür, daß, ob er wohl die remotion gar wohl verdienet, ſonderlich weil er auch mit der Gemeinde in Widerwertigkeit lebet: dennoch aber, daſerne die gradus admonitionum nicht ſchon vorhin umſonſt an ihm adhibiret ſind, vor dieſemahl mit der ſuſpenſione ab officio auf ein Viertel Jahr zu mehrer Abwendung des gegebenen groſſen Aergerniſſes, beſetzt werde, nebenſt erſter Bedrohung der endlichen remotion, woſerne er von ſolcher Trunkenheit und Jährläſſigkeit, ſo wohl auch ſeiner Widerwärtigkeit mit der Gemeinde nicht abſtehen, und ſein Amt beſſer in acht nehmen werde.

§. 10. Et alii, qui etiam ex ebrietate, omiſſis aliis neceſſariis, ſaltim primam perſonam Trinitatis & tunc Trinitatem die Heil. Dreyſaltigkeit nominaverat, poena translocationis à Collegio Theol. Jenenſ. adjudicata ſuit: Was endlich die dritte Frage betrifft, iſt ſolcher excess dem Pfarrer gebühr- und ernſtlich zu verweiſen, und woſerne er Beſſerung wird zuſagen, kan er künſtlig an einen andern Orth translociret werden, &c.

§. II.



§ II. Quoniam igitur ob hoc venerabile Sacramen-  
tum baptismatis in administratione ejus omnia honeste & se-  
cundum ordinem, ut diximus, fieri debent, nemo baptizan-  
tem turbare aut quovis modo leviter tractare debet, quod &  
Jure Civ. prohibitum reperitur ut *in l. 10. C. de Episc. & Cleric.*  
ubi Prator expresse jubetur ei qui Sacerdotem vel Ministros  
Ecclesiæ vel ipsum cultum locumve aliqua injuria afficit,  
capitalem sententiam imponere *l. 5. §. fin. de his qui ad Eccle-  
siam confug. Nov. 123. c. 7. aubent. sed novo jure de Episc. &  
Cler. c. 29. Caus. 17. quest. 4. add. l. 2. C. de judais*: ubi ha-  
betur: quod, quicumque cum saxis vel alio modo contra il-  
lum, qui actu baptizat vel voluit baptizare, ausus fuit insurgere  
& ipsum molestia afficere vel male tractare, mox flammis  
dedendus & cum omnibus suis participibus concremandus  
sit. *Jac. de Belluiff. L. 3. Pract. Crim. c. 13. n. 9. vid. Berlich.*  
*4. Concil. 20. n. fin. cum delictum hoc in crimen læsæ Majesta-  
tis divinæ incidat. c. 29. caus. 17. quest. 4. Carpz. 3. Consist. 94.*  
*n. 8. Brunnem. ad d. l. de Episcop. & Cler. quod delictum*  
tamen moribus Saxonice ultra poenam capitis non punitur,  
vid *Carpzov. Pract. Crim. quest. 45. n. 52. ubi tradit, quod a*  
Scabin. Lipsi. Nobili cuidam, qui pastorem baptizantem in-  
fantulum ligno ingenti percutiendo S. Baptismum turbaverat,  
poena gladii dictata fuerit, hisce verbis: *würde gedachter N. N.*  
*auf dem von seinetwegen gethanen und eingebrachten Bekântniß*  
*vor Gerichte freywillig verharren, oder des sonsten wie recht über-*  
*wiesen, als nemlichen, daß, als der Priester und Caplan, davon*  
*in actis und seinem Bekântniß gemeldet, in der Kirchen gestan-*  
*den und ein Kind zu tauffen angefangen: Er Inquisit einen mit*  
*2. Pferden vor der Kirchen halten lassen, und seine andere Diener*  
*und Pferde vor die Thore geschicket, und in Stieffeln und Spoh-*  
*ren in die Kirche gangen, und einen grossen Prügel gehabt, und*  
*als*

C



als er den Caplan mit dem Kinde bey der Tauffe gefunden, hincz getretten, denselben mit einer grossen Peitschen auf die Haut gehauen und mit dem Prügel nieder geschlagen und die Tauffe des Kindes verhindert, so würde er von wegen solches in der Kirchen an dem Priester über der Tauffe gelübten und begangenen Frevels, Gewalt, Verhinderung und Turbierung des Heil. Göttlichen Sacraments der Christlichen Tauffe, alles seines deshalb beschenehen Fürwendens ungeachtet, vermöge gemeiner Kayserl. beschriebenen Rechte, mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestraffet, V. D. W.

§. 3. Hic autem spinosa exoritur concertatio, An, si talis casus acciderit, & infans baptizandus morti proximus esset, Sacerdos baptizaturus Sacramentum hoc omittere, seque adversus vim injustam tueri possit? Sunt quidem, qui hanc questionem negant tutioremque Pastorem esse tali in casu existimant, si potius mortem oppetiat, provocantes (1.) ad Joh. 10. ubi dicitur quod bonus Pastor animam ponat pro ovibus suis. (2.) ad hoc, quod, quando tali casu se defendat pastor, duas animas per hanc defensionem periculo objiceret, baptizandi sc. dum ipsum privat baptismo, & aggressoris, qui in hoc suo peccato mortali extinguitur & consequenter certo periculum damnationis incurrit, præcipue cum hoc delictum circumstantiæ: ubi & quando maxime aggravent. Molin. de J. & J. Tom. 4. Tr. 3. Disp. 14. Sed hisce non attentis, placet potius sententia eorum, qui affirmant, Pastorem hoc in casu se defendere posse, tam ob generalitatem textuum in l. 3. ff. de J. & J. & in c. unic. Clement. de homicid. ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguamus: l. 8. pr. de publico in rem act. quam, quod vinculum naturale nos magis & fortius obliget ad propriam, quam ad alienam cujusque salutem conservandam ac tuendam, auct. itaque C. Commun. de



de success. Omnis enim ordinata charitas incipit a se ipsa  
 l. 6. C. de servit. & aqua: unde non pauci statuunt, de-  
 fensionem esse Juris naturalis praeceptivi, quos videre licet  
 apud Ziegler ad Hug. Gros, L. 1. c. 3. §. 3. Quod autem de  
 infante dictum est, quamvis privetur baptismo, propterea tamen  
 damnandus non est, cum secundum Bernhardum quempiam damnet, sed contemp-  
 tus. Gen. 17. v. 7. c. baptisimi 34. de consec. dist. 4. Cate-  
 rum vide de hac quaestione Farinac. quest. Crim. 125. n. 3.  
 Ayres de homicid. necess. n. 85. / sqq. Theod. tr. crim. c. 11. n.  
 4. qui omnes affirmativae inhaerent. Sed quae hactenus brevi-  
 ter tradidimus, aliter intellecta nolumus, quam in thesi. Nam  
 in hypothese hanc quaestionem, si examinemus, prout hic  
 & nunc, & circumstantiis sc. Quis, Quid &c. bene consideratis,  
 an forsitan ille pastor sit in hac opinione probabili, semper-  
 que sic docuerit, licet ex conscientia erronea; melius esse, vitam  
 indefensam relinquere, quam alium in peccato occidere, &  
 tamen postea, accidente casu, aggressorem occidit, tunc om-  
 nino contrarium statuendum erit, quoad forum sc. conscien-  
 tia, cum contra conscientiam egerit.

### CAPVT III.

De

Baptismo quae fit in casu extremæ  
 necessitatis, germ. Zagtauffe / Nothtauffe.

§. I.

**P**erspecto actu baptismi regulari, est, ut & consideremus  
 ea, quae sunt circa baptismum, qui ex summa necessi-  
 tate administratur: die Nothtauffe, Zagtauffe, Ritters-  
 huf. in exposi. Novell. Pars. I. cap. 4. v. 10. Casus autem ne-  
 cessitatis

C 2



cessitatis h. l. est ejusmodi, quando infans recens natus ita infirmus est, ut sine baptismo videatur moriturus.

§. 2. Quemadmodum autem, ut *supra cap. preced. §. 6.* posuimus, regulariter baptizare esse tantum ministri ordinarii & orthodoxi, sic in casu extremae necessitatis quilibet baptizare poterit, qui praeditus est ratione, si Ordinarius haberi nequit, modo valeat atque observet & debitam formam & materiam explicet. Barthol. *Instit. Jur. Can. L. 3. T. 42.* Chamier. *de baptismo cap. 8. dub. 2.* Qui omnes uno ore tenent, urgente periculo, licere baptismum petere a quocunque laico. In casu enim necessitatis extremae extraordinarie agere licet, (unde in proverbium abiit, *Sieb und Noth hat kein Geboth*,) modo nihil committatur contra expressum Dei verbum atque institutionem. Clarum enim est, ad substantialia baptismi nequaquam requiri, ut is, qui hoc Sacramentum dispensat, sit minister Ecclesiae; sicut circumcisio in V. T. urgente necessitate potuit administrari ab hominibus privatis & laicis. Quod autem licet in re pari, licet etiam in re compari. Praeterea alias conceduntur tali casu plura irregularia, v. g. diximus *cap. preced. §. 7.* quod baptismus debeat fieri in Templo seu coetu publico, per *Nov. 58. §. 131. cap. 8.* Tamen, exigente tali casu, licitum est privatis in aedibus id contribuere, ut colligere licet ex *Nov. Leon. 4. §. 15.* & D. Just. Meier. *Disp. de summa Trinit. §. 45.* qui textus allegatos sic conciliat, quod priores sint intelligendi de eo casu, qui sit ordinario modo extra necessitatem. Rittershus. *1. c. 4. n. 11. autoritate c. 20. §. 21. de consec. dist. 4.* & Tertull. *de baptism.* Cui nec refragatur *c. 1. X. de cler. non ordin. ministr.* quippe quod est intelligendum de casu, ubi necessitas adest & ordinarius haberi possit, vid. Ziegler ad Lancellot. *pag. 363. §. 10. in not.*

§. 3. Plura irregularia tali casu admitti in baptismo, modo

do



do non sint contra substantialia ejusdem; §. præcedente audivimus; bene itaque cavendum est, ne alio liquido præter aquam naturalem ad hoc utantur tali casu baptizantes v. g. vino, cerevisia, vel aqua medicata &c. *Job. 3. v. 11.* Balduin. *de Baptismo c. 4. D. Schilt. J. J. C. L. 2. T. 2. c. 12.* de quo vide expressam Constitutionem Ord. Eccl. Elect. Sax. *Gen. art. cap. von der Nothtauffe*, ibi Desgleichen sollen die Wehmütter mit anders nichts, denn mit Wasser tauffen, und nicht, wie etwan in solcher Noth geschehen, was sie ergreifen, als Weinessig, Milch, darzu gebrauchen, weil Christus mit ausdrücklichen Worten allein Wasser darzu verordnet hat, welches man auch iederzeit in solchen Nothfällen haben kan. Idem reperitur cautum in der Beym. Kirchen-Ord. *L. 2. c. 12. §. 3.* Casum recenset Christian. Matthia S. S. Theol. D. *in Theat. Hist. Theor. Pract. Monarch. 4. pag. 199.* quod Judæus Catechumenus cum aliquo iter fecisset per Arabiam desertam, & in morbum incidisset gravissimum, ita, ut animam exhaliturus fuerit, petierita comite, ut sibi impertiret Sacramentum Baptismi, cui gratificari comes haud dubitabat, Destituebatur autem ibidem locus omni aqua, hinc arena ter injecta ipsum baptizavit, quem postea ex morbo restitutum Episcopus aqua ablui voluit.

§. 4. Hic occurrit quæstio, num ad baptizandum tali casu sit admittendus, qui ipse non est baptizatus? Affirmant *per cap. 52. de Consec. dist. 4.* Augustin. *l. 7. de Baptismo* uti dictum, personæ administrantis qualitatem nihil addere vel detrudere integritati baptismi, modo substantialia observentur; baptismum enim esse talem, qualis est ille, in cujus potestate datur, non, qualis ille, qui administrat. Quod ulterius probare conantur per exemplum Johannis *Matth. 3. v. 14.* qui alios baptizavit, ipse autem non baptizatus fuit: Gerhard



hard. de Baptismo 8. 67. Hic autem contrariam defendit Dedekenn. d. S. 1. n. 8. in fin. eo, quod talis infidelis neque de S. S. Trinitatis mysterio recte credat, neque Christi meritum agnoscat, neque formam aut intentionem Ecclesie servare possit; si enim hoc crederet & teneret, tum infidelis amplius non esset. Et proinde talem baptismum pro irrito, inefficaci, imomero ludibrio esse habendum, tandem concludit.

§. 5. Non intempestive hic quaeritur, an tali casu aliquis (ut captivus vel peregrinans,) sibi ipsi baptismum administrare possit aut debeat? Quod negatur. Quemadmodum enim nemo sibi ipsi generationis Autor esse potest, ita nec regenerationis, praeterea in verbis Institutionis duplex persona exprimitur, baptizans & baptizanda; si autem quis diceret: Ego baptizo me, emergeret mutatio formae Dedek. d. Sect. de baptismo n. 9. c. 4. X. de baptismo. Tales adhuc hodie in Britannia, qui inde Sebaptistae dicuntur, de quorum origine vid. Honorius Regius (est autem hic Autor Georgius Hornius literis transpositis) de Statu Eccles. in Britan. Ziegler ad Lancelot, L. 2. T. 3. §. 5.

§. 6. Nec minus hic disquiritur, num pater in loco, ubi ministerium constat ex personis Religioni Pontificiae vel Calvinianae addictis, habitans vel per illum transiens, ita, ut uxor enitatur filium, possit infantem praesentibus testibus, & substantialibus baptismi, aliisque necessariis requisitis adhibitis, baptizare, ita, ut valeat tanquam baptismus ex necessitate peractus? Quam quaestionem cum Dedekennio hunc in modum decidere nequiquam haesitamus: nimirum, quod pater omnino sit obligatus infantem Pastori deferre, ibique ut baptizetur, curare, cum, ut supra traditum, baptismus sit institutio Christi, eique nihil obesse fidem vel haeresin baptizantis, quae



quæ non ad substantialia pertinent; Igitur, modo substantialia sint observata, sive factus sit ab hæretico, sive orthodoxo, idem valet. Quemadmodum & verbum Dei & Evangelium, vires suas non accipit a dignitate vel persona administrantis qui illud docet, sed a fide potius; nunc autem apud Pontificios & Calvinianos baptismus quoad substantialia adhuc salvus est, vel non mutatus, itaque sub prætextu baptismi, qui fit ex necessitate, neuiquam Pater ipse poterit infantem baptizare; quod Responso confirmavit Colleg. Theol. Lipsi. anno 1601. die 7. April. Cujus verba hæc sunt: Als ihun wir auß Gottes Wort auß gestallte Frage in diesem Fall den Bericht, daß einem Christlichen, der Augspurgischen Confession verwandten Vater keines Weges gebühren wolte, daß er mit Hindansetzung des bestellten Ministerii entweder selber in beysseyn andern frommen Christen, oder durch einen andern, der hiezugeschickt, sein Kind tauffen lasse, laut der Worte der Einsetzung der Heil. Tauffe, und daß, wo solches geschehe, das Werck dermassen verrichtet, nicht vor eine Nothtauffe zuhalten. Secus tamen, si heterodoxi infanti baptismum dare recusant, antequam parentes cum sua familia ad Ecclesiam heterodoxam publica confessione se conferant, & tamen orthodoxus Ecclesie minister ob longe distita loca & iter haberi nequeat, tunc habendus est baptismus, ut ex necessitatis casu factus, exemplo mulierum, quæ in persecutione Antiochena infantes suos circumcidebant, 1. Maccab. 1. v. 63. & 2. Maccab. 6. v. 10.

§. 7. Hucusque solliciti fuimus, a quibus communicari debeat baptismus in casu necessitatis, tunc & videbimus, quid cum hisce infantibus, qui supervixerint, agendum sit? Luther. Tom. 8. Jenens. German. fol. 50. vult infantes esse deferendos ad locum congregationis Ecclesie publicum, non, ut denuo baptizentur, multo minus ut formula exorcismi adhibeantur, sed ut inquiretur de iis, qui baptizaverit, qua materia



teria & qua forma, & qui baptizanti adstiterint, ut publicum de tali baptismo extet testimonium, an vere sit baptizatus infans? quod si id factum deprehenderit Pastor, eundem baptismum denuo suo suffragio comprobet & de eo contestando paternos commonefaciat, deinde recitatione Symboli Apostolici & historiae de adductis ad Christum infantibus ex Evangelio Marci, orationis Dominicae & precationis ultimae ex libello D. Lutheri de baptismo confirmet. Junge Ordin. Eccles. Elect. Sax. cap. von der Nothtauffe fol. 12. 13. 14. & egregie Silesische Kirchen-Ord. eodem titulo. Ibi: Wenn solche vorfallt & Schwarzb. Kirchen-Ord. d. c. 4. §. 11.

§. 8. Quod si vero non certo deprehenderit, esse vere baptizatum infantem, ne scrupulus injiciatur conscientiae, ipse cum categorice baptizet, non autem conditionaliter, ut Pontificii solent. Anton. Augustin. *Collect. 3. Decret. L. 3. Tit. 19. cap. 2.* & Barbos. *Collect. 2. pag. 417. numer. 1. ibique plures Canonist.* quem modum baptizanti graviter reprehendit Lutherus cit loc. & Tom. *Wittenbergens. fol. 122.* eo quod per hoc baptismus infantum adhuc incertior reddatur; nec licet formam baptismi categoricam in hypotheticam mutare, cum dubitationes perpetuae exinde exsurgant, tam in eo, qui administrat, tam qui percipit conditionaliter Sacramentum; nec potest dici, ut saepe jam monitum, iteratum, quod nescitur esse factum. Vide & hac in re iudicium Gerhardi apud Dedekenn. 1. *Secl. 3. numer. 15.* Balduin 4. *Cas. Conf. cap. 8. cas. 9.* Pruckner. *Cent. 4. quest. 1.* cui demum suffragatur Constit. Eccles. Elect. Sax. *Gen. ars. 6.* ibi: Sonderlich aber sollen die Pfarrer nicht auf einen Zweifel tauffen, wie erwan im Pabstthum geschehen, da sie gesaget: Bist du getaufft, da tauffe ich dich nicht, bist du aber nicht getaufft, so tauffe ich dich, x. sondern, wenn die Tauffe ungewiß, soll der Kirchen-Diener nicht viel fragen, noch



noch sich viel bedencken, sondern das Kind auf den Befehl und nach der Ordnung Christi täuffen. Quibuscum convenit: d. Ordin Tit. Von der Nothtauffe etc. Fürsil. Weim. Kirchen-Ordn. cap. 14. late & egregie Nieder-Sächf. Kirchen-Ordn. fol. 169. ubi hæc omnia clare explicantur.

#### CAPVT IV.

De

### Reiteratione Baptismi.

§. I.

**B**aptismus semel collatus amplius reiterandus non est. Qui enim baptismum, quo in Ecclesiæ confortium recipimur, & filii Dei efficiamur, iterat; priorem fidem facit irritam *1. Timoth. 5.* & indutum semel baptismo Christum *Galat. cap. 2. v. 27.* exuit, primumque Sacramentum vere incestat, quod maximum est peccatum, ne dicam Blasphemia, cum per hoc temeretur divina Majestas, & promissio, quæ primo sacramento per verbum fuit efficax; unde & omni Jure non solum prohibitum, sed & refragantibus maxima & severa poena est posita, Jure enim Can. poena est, ut si fuerint Clerici, sint deponendi. *c. 15. de consec. dist. 4.* sin vero Laici, non possint ad ordines promoveri, Jure vero Civili illi, qui baptismum nefarie iterant, (*Widertäuffer*) non solum hæreticis annumerantur *l. 1. C. ne baptis. iter.* sed & adversus dibaphos seu rebaptizatos (quod intelligendum de adultis, qui se baptizari patiuntur) poena exilii, ac decem librarum multa constituta est *l. 3. d. 1.* insimulque adempta testandi & donandi licentia, quin & eadem poena ipsi judicii præscriptam poenam dissimulanti in reis castigandis

D

stigandis



stigandis imponitur & quod magis, ille, qui rebaptizat, si, Christianus est, supplicio adjudicatur. *l. 2. d. 2.* ubi ardue inter se contendunt Juris Interpretes, quid intelligatur in *d. t. 2.* per ultimum supplicium? Wesenb. in *π b. n. ult.* intelligit deportationem & exilium, eo, quod lex subsequens exilio duntaxat & multa decem librarum auri, cum ademptione juris testandi & donandi eosdem damnet. Cui sententiæ patrocinator *l. 28. pr. ff. de pœn.* Verum valde obstat *l. 21. cod.* cui subscribit Brand. in *Tr. ad d. T. ne S. Baptism. inter n. 2.* Rittershul. in *expos. Nov. L. 6. c. 10.* Bartholom. in *expos. Tit. Jur. Can. L. 5. Tit. 9.* Et adductas Leges ita conciliat Matth. Stephan. in *interpret. C. L. 1. Tit. 6. n. ult.* quod ex dictis duabus legibus offendi quidem possit, ultimum supplicium principaliter ad mortem extendi; secundario autem & illas pœnas summum & ultimum supplicium dici, quas morti sint proxima: ut est metalli coercitio & in insulam deportatio *d. l. 28.* deportatis enim vita solet esse supplicium; mors vero solatium.

§. 2. Sed quicquid sit, hodie pœnam gladii in Anabaptistas, ut & in dibaphos scientes & volentes esse positam, non solum Wesenb. in fin. fateretur, add. Rittershul. *d. l.* sed & experientia id docet, quin & idem per Recess. Imperii clarum redditur: ubi pœna hæc adhuc magis exasperata & ad pœnam ignis usque extensa est, vid. Recess. Imperii *de anno 1529.* §. Nachdem auch k̄niglich. *ibid.* Daß alle und jede Wieder-täufer und Wiedergetaufte, Mann- und Weibes-Personen, verständigens Alters, vom natürlichen Leben zum Tode, mit Feuer, Schwerdt oder dergleichen nach Gelegenheit der Personen, ohne vorhergehende der Geißl. Richter Inquisition, gericht und gebracht werden. Quod & repetitum est iisdem fere verbis in Constitutione eodem anno gegen die Widertäufer, & *de anno*



1570. & 1571. ibi: Nachdem auch Churfürsten, Fürsten und Stände, quod est intelligendum de iis, qui obstinate in hoc errore perseverant. Si enim errores eorum fateantur ac revocent, poenaeque se propterea submittant, illis gratiam, imprimis si alia circumstantia illud suadent, esse concedendam, ipsa volunt verba d. Recess. ibi: Welche Personen aber ihren Irrsals für sich selbst, oder auf Unterricht und Vermahnung unverzüglich bekennen, denselben zu wiederrufen, auch Buß und Straffe darüber anzunehmen willig sind, und um Gnade bitten würden, daß dieselbe nach Gelegenheit ihres Standes, Wesens, Jugend, und allerley Umstände mögen begnadet werden.

§ 3. Sed hæc de poena scienter rebaptizantium & rebaptizatorum: qualiter poena ii afficiendi, qui etiam scientes infantem ad rebaptizandum pastori ignoranti, non in contemptum quidem Sacramenti, sed tantum lucri causa offerunt, nunc videndum. Sæpe numero autem accidit, ut homines vagabundi & mendicantes, imprimis Cingari, quibus parum est abuti Sacramentis, dum vitam humanam nudinas credunt, fidemque Christianam contractum, adeoque ex omni negotio lucrum quærendum autumant, infantulum baptizatum nondum baptizatum esse, dolose profiteantur, quod pro crimine falsi extra dubium habetur, exindeque ejus poena tenentur. Eckolt. ad ff. ad Tit. Ad L. Cornel. de falsis &c. §. 5. n. 2. Illustr. Dn. Struv. Ex. 49. & 72. in fin. Sic accidit talis casus anno 1597. Ubi femina infantem ter baptizari fecerat, propterea, ut munera, quæ susceptores afferre solent nobis Pathengeld, toties consequeretur; quapropter & ipsa poena falsificationis cum relegatione dictata est, ut videre est apud Carpzov. Prax. Crim. quest. 93. n. 44. hisce verbis: Die weil aus den übersandten Schrifften zu befinden, daß die Gefangene ihy Kind in dreyen unterschiedenen Kirchen und Orten, wissentlich,



sentlich, allein um des Pathengelbes willen, tauffen lassen; Sie solches auch selbst bekandt und gestanden. So wird sie, von wegen solches vorseghlichen Mißbrauchs der Heil. Tauffe, mit Staupenschlägen des Landes ewig billig verwiesen, V. N. W.

§. 4. Hinc, ut tutius hac in re agatur, taliaque injuste facta intermittantur, Elector Sax. in Ordin. Eccles. gen. art. de an. 1580. Tit. 6. prohibuit, Zingarorum, aliorumque vagabundorum liberis baptismum porrigi, nisi eo in loco, ubi mater enixa fuit; vel ad minimum testimonium afferatur, infantem non esse baptizatum, ibi: Diweil sich auch mehrmahls zugetragen / daß die Ziegeuner ihre Kinder alleine um schändliches Gewinsts willen tauffen lassen, und also geschehen könnte, daß sie mehr denn einmahl getaufft würden, so sollen solche Kinder an keinem andern Ort, als denjenigen, da sie gebohren, und man dessen gewiß ist, getaufft werden. Ordin. Polit. de an. 1661. Tit. 11. §. 4. Weymarische Kirchen- Ordn. L. 2. c. 11. §. 4. add. König p. 1. cas. 15.

§. 5. Nemo autem hæc, quæ hactenus de poena rebaptizatorum & rebaptizantium tradidimus, aliter intelligat, quam (ut & sæpe monitum,) de iis, qui jamdum legitime baptizatos denuo temere baptizant: si enim dubium exoritur de aliquo, numne baptizatus vel etiam forma a Christo præscripta sit observata? tunc procul omni dubio poterit infans rebaptizari. Quo casu tamen non tam est reiteratio baptismi, quam verus baptismus vocandus secundum sæpe allegatam regulam; quod non possit dici iteratum, quod nescitur factum; & quod non factum est legitime, idem est, ac si factum non esset, interim tamen, cum sic dici consueverit & nos retineamus terminum.

§ 6 Non ultimum inter alias occupat locum hæc quaestio: num baptismus ab Ebrio, Adultero, Hæretico vel alio impio



impio peractus sit reiterandus? Neg. cum, ut supra *Cap. 3. §. 4. & 6.* latius deduximus; baptismus propterea non fiat melior, quod per meliorem datur, nec propterea deterior, quod per deteriorem. Disparibus enim ministris Dei munus æquale manet, Spiritus enim Sanctus mystice illud vivificat, de quibus vide latissime Rittershus. *de different. Jur. Civ. & Canon. L. 7. c. 12. per tot. & 2. c. 20.* & Cyprian. *de baptismo* Sive Judas s. Paulus baptizet, Christus est, qui peccatorem lavat, & absolvit; inde & ejusmodi ministri qui alios ad salutem erudiunt, ipsi vero improbi evadunt, æquiparantur Fabricatoribus arcæ Noë, qui fabricarunt illam & tamen servati non sunt. Osiand. *in Gloss. ad cap. 9. Luc. Gloss. 2. Quibus omnibus addimus c. 24. 25. 26. 27. & seqq. de Consec. dist. 4. & c. firmiter 1. X. de summa Trinitat.* dummodo debita forma & materia utantur. *c. 2. de consec. dist. 4.* Magnificus Dn. Schilter. *Instit. Jur. Can. L. 2. Tit. 2. §. 6.* Ex quibus nunc sponte fluit responsio ad ea, quæ opponunt adversarii hujus sententiæ; quod nimirum inquinatus non possit abluere, immundus emundare, supplantator erigere, perditus liberare, damnatus absolvere &c. vid. Lancellot. *L. 3. T. 5. §. 4.* Bartholom. *de baptismo §. 139.*

§. 7. Quæ omnia, ut diximus rectissime sese habent, si substantialia baptismi pastor observaverit; si autem secus, tunc sine hæsitatione iterandus erit. Sic hoc in casu, de quo supra *c. 2. §. 9. & 10.* quo Pastor ex ebrietate contra institutionem Christi iis verbis baptizavit: *Ich gläube dich im Nahmen des Vaters, des Sohns und des Heil. Geistes,* baptismum tanquam mutilatis & imperceptibilibus, nec non formulæ baptismatis inconvenientibus verbis administratum iterari, juserunt Theologi devotissimi; cum perinde sit, aliquid non esse factum & non esse legitime factum, juxta Christi sc. in-



stitutionem, quod vid. apud Dedekenn, 1. *Conf. Theol. p. 2. pag. 23.* Simili ratione etiam ad illum casum, de quo c. 2. §. 9. ubi Pastor ex ebrietate primæ saltem Trinitatis personæ & postea vocabuli Trinitatis mentionem fecit, respondit Colleg. Theol. Jenens. extingatur 2. apud Dedekenn. *d. l.* Belangend die erste Frage, halten wir davor, weil es ganz ungewiß, ob gedachtes Kind eben mit denen Worten der Einsetzung: ich tauffe dich im Nahmen des Vatters, des Sohnes, und des Heiligen Geistes, dazumahl getaufft sey, die Umstehenden auch davor achten, es sey nicht recht zugegangen, wie es seyn solte, und der Pfarrer mit seiner Behemuth und Bekümmerniß selbst anzeigt: er wisse eigentlich nicht wie er getaufft habe, daß, in Betrachtung dieser und anderer Umstände, das Kind mit den ausdrücklichen Worten, deren Christus in der Einsetzung dieses Sacraments gebrauchet, nochmalts zu tauffen sey, damit nicht wegen solcher Ungewißheit ihm künfftig, so es erwachsen solte, gefährlicher Zweifel in Herzen entstehen möchte; denn in solchen Fällen heist es nach der Regul Leonis und anderer Väter, so in jure Canon. angezogen werden: *Non potest dici iteratum, quod nescitur esse factum.* Nun aber ist es einerley, non esse factum, & non esse legitime juxta Christi institutionem factum.

§. 8. Sed quid, si Sacerdos grammaticæ ignarus baptizaverit in nomine Patria, Filia & Spiritua Sancta, an tunc iterandus baptisimus? Neg. licet enim sensibilis verborum *Matth. 23. v. 19.* sonus mutetur, idem tamen sensus remanet. Christi enim institutio non tam de sono, quam de sensu verborum integro & incorrupto accipienda; neque verborum sono magica quædam & occulta proprietas est adscribenda, quemadmodum & de jure Seculari nullus contractus, nulla conventio, nullaque actio pronunciat pro nullo, propterea, quod per imperitiam sermonis non recte sint expressa mentis cogitata:



cogitata: c. 86. de consec. dist. 4. nec inconueniens structura  
fermonis facit, quo minus voluntatem, quam verba contra-  
hentium sequamur: & imprimis error syllabæ maxime in fine  
dictionis non nocet, König in Cas. Catech. p. 1. cap. de bap-  
tismo, & de hoc facere differit Baldus 1. conf. 33. n. 2. per l. 2.  
C. de testam. Mala dicit, grammatica non vitiat contractus,  
si constat de mente contrahentium: quia leges nostra non sup-  
jacent Prisciano, modo verba sic prolata sint, ut intelligi possint.  
Alias autem baptismum nimum & non perspicuam, tertiam  
& mutilam verborum Sacramentalium prononciationem,  
qualem picæ ac psittaco tribuit Bellarm. L. 1. de Sacram. c. 27.  
non esse verum Sacramentum, probat Ziegler. ad Lancellor.  
L. 2. T. 3. §. 8. in fin.

§. 9. Reliquum est, ut etiam hanc quæstionem exami-  
nemus: an baptismus, quando obsterrix in casu necessitatis,  
vel Pastor ex summa negligentia obstetricis puerum pro puel-  
la baptizauerit, sit reiterandus? affirmat Jason. in l. 4. n. 2.  
C. de testam. & Sichard. ibid. n. 5. Peter Oitermann. in ratio-  
nal. ad Instit. de legat. §. 29. in fin. fundamenta querentes (1)  
in l. 4. ff. de leg. 1. & in l. 11. §. 1. ff. de contrab. emp. ubi  
propter errorem nominis vitietur actus. (2) In eo, quod in-  
tentio baptizantis fundata esse debeat super vero, quando au-  
tem masculus baptizatur pro puella, error committitur cras-  
sus.

§. 10. Sed negativam, tanquam firmiorem & veriorem  
sententiam fovet Gerhardus, loc. de baptismo c. 3. n. 28. c. 5.  
n. 88. eo quod substantialia in tali baptismo sint observata:  
adhibita enim est aqua, factaque est adpersio in nomine Patris  
Filii & Spiritus S. arg. c. 28. de consec. dist. 4. Accedit, quod  
alias in civilibus error in nomine veritati non noceat, mo-  
do corpus nomine denotatum certum sit. arg. §. 29. Inst. de  
legat.



*legat.* Unde & Imperator in l. 8. pr. C. qui testam. fac. poss. dicit: nihil nominis commemorationem ambiguitatis parere. Cæterum Resolutionem dubiorum supra propositorum vide apud Finckelth. O. 34. n. 9. Et hunc in modum etiam Confistorium Electorale Sax. Lips. respondit anno 1630. d. 23. Junii. addito tamen hoc, ut præmoneantur Parentes atque Patrini, prius privatim & postea publice coram cœtu publico in Ecclesia? baptismum vere esse peractum, nihilque obesse errorem nominis. Verb. rescripti hæc sunt: Hat N. N. Einwohner zu H. am 6. Maji jüngsthin ein Kindlein zur Tauffe gegen S. tragen lassen, welches er durch die Patthen in der Kirchen vor dem Altar, gleichwie auch zuvor selbst und in eigner Person, vor einen Sohn oder Knäblein ausgeben, und dasselbe Johannes zu nennen begehret, inmassen er auch 2. Mannes- und eine Weibes-Person zu Gevattern gebetten. Es hat aber hernachmals sich befunden, daß es nicht ein Sohn, sondern eine Tochter sey, und also die Wehmutter, aus Nachlässigkeit und Unachtsamkeit geirret habe, dahero ihr begehret, euch zu verständigen, weil dadurch hin und wieder allerhand ungleiche Gedanken und Reden bey den Leuten gefallen, und bey den Eltern selbst, und sonderlich bey denenselben, etwas schwere und kümmerliche Gedanken sich ereignen wollen, wessen ihr euch hierinnen zu verhalten: darauf sehen wir vor gut an, inmassen denn an Statt Ihro Churf. Durchl. zu Sachsen wir hiermit euch befehlen, ihr wollet bey dem Pfarrer zu S. Verordnung thun, daß er des Kindes Eltern beneben desselben 3. Patthen in das Pfaarhaus, erslich vor sich erfordern, und hernach auff folgenden Sonntag, so ihnen im Pfarrhause zuvor angemeldet werden kan, in der Kirchen vor dem Altar in Beyseyn des Kindes, desselben Eltern und drey Patthen nothdürftige Erinnerung thun, daß in dem Nahmen des Kindes, so Johannis getaufft worden, ein Irthum begangen sey, und ihnen zu



zu Gemüthe führen; daß sie ihnen keine schwere Gedanken darüber machen sollten, insondem das Kind eine rechte Christi. vollkommene Tauffe empfangen, und keine andere fernere Tauffe bedürffte, und alsdenn dem Kinde hingegen an statt des Namens Johannes den Namen Johanna, oder Anna zuweihen und geben solle.

§. II. Eadem intelligas & applices velim, in eo casu, si aliquis hermaphroditus pro masculino, cum tamen Sexus foemininus prævaleat: vel è contra, si masculus prævaleat pro foemina, baptizetur. add. Finck. *quest. 92. König Pruckner 5. quest. 47.*

§. 12. Nec rebaptizandus erit infans, qui in acta baptismi nomen non est adeptus, ex eodem fundamento: Nominis enim impositio vel omissio substantiæ baptismi nil quicquam addit vel adimit. Interim tamen infans idem in templum; Susceptore ac Parente comitantibus, portandus eique nomen baptismale imponendum erit. Nominis enim in baptismo impositio non immerito Christianismi tessera judicatur: Finck. *quest. Theol. quest. 51. König in Cas. Cathech. p. 1. de Baptsif. cas. 8. Pruckner Cent. 5. quest. 45.*

§. 13. Sæpe enim contingit, ut in casu necessitatis mater, si alias nemo præsens est; baptizet: ubi quaritur, si remotis arbitris hoc sit factum, An matri soli sit credendum, infantem legitime esse baptizatum, an vero sit rebaptizandus? Posterius affirmat Balduin. 2. *Cas. Consc. cap. 11. cas. 7.* cum matri, ut testi unicæ in re tam ardua fides vix sit adhibenda. Quod idem procedit, si una vel altera persona quidem præsentem, mater tamen præ subita consternatione ignorat, quid in tali casu dixerit aut fecerit? Cum baptismus sic utique res magni momenti, de quo nec unicam dubitationis micam in nobis foveamus, ac si non rite & juxta institutionem Christi admini-

E

stratus



stratus esset Balduin, *de Cas. consec. c. 3. cas. 1.* Gerhard. *Tom. 4. loc. de baptismo. §. 210.* Quo tamen casu novus baptismi actus potius primus baptismus, quam iteratio vocandus, secundum regulam multoties allegatam *in c. 112. 113. de consec. dist. 4.* Pruckner *Cent. 5. quæst. 25.*

§. 14. Igitur ex hactenus traditis satis colligere licet, baptismum illius casus, de quo supra *cap. 3. §. 5.* quando sc. pater infantem in loco, ubi ministerium constat personis Pontificiæ religioni addictis, (etiam extra necessitatis casum) ipse baptizet, neütiquam esse reiterandum sed valere, si alias (ut præsupponimus,) in substantialibus nihil sit omissum; quocum consentit Responsum apud Dedeken. *supr. cit.* Ob auch (als wir uns doch nicht versehen,) solch Werck, obangeregter maffsen; und wie die Frage lautet, von elichen privatim sungenommen und verrichtet worden: könten wir zwar solche Tauffe, wenn sie laut der Einsegnung Christi verrichtet, und das Kindlein mit Christi. Gebethe unserm lieben Gott präsentiret und fürgetragen wird, an ihr selbst, als ob sie nicht recht und unkräftig, nicht verwerffen etc.

## C A P V T V.

### De Baptizatis.

§. I.

**Q**uemadmodum autem nemo baptizatus præsumitur, sed probari debet. Mascard. *Concl. 363. n. 6.* nisi sit inter Christianos natus & educatus *c. conveniens. de Presbyt. non baptizat.* Jacob Castellan. *in Tract. de Canonizat. Sanct. qu. 4. a. 2. n. 6.*

Dn. Schilt. *Inst. J. C. L. 2, T. 2. §. 13.* Ita diversimode probari id



id potest. Jam autem cœteris omnibus repositis, saltem illum modum probandi, qui per libros baptismi, Kirchen- oder Tauff-Bücher, fit, attingimus. Sunt autem libri baptismi, quibus a Ludimoderatore, seu custode, addito nomine & cognomine baptizati inscribi solet dies baptismi & natiuitatis. Mascard. *Concl.* 163. n. 3. qui mos & antiquis in usu fuit. Solebant enim antiquitus apud acta profiteri nomina liberorum, addito die & Consule, Patre & matre, quo facilius ætas probari posset. *l. i. C. si minor se major. dixer.* Itaque & hodie per libros baptismales non solum baptismus, ejus Susceptores, Parentes & alia, imprimis ætas probatur. *arg. c. 13. X. de prescript.* Franc. Caldas *in Comment. ad l. 3. C. de Et ibid. in integrum restit. n. 38.* vid. latissime Rebuff. *in Tr. de Registris vel libris Baptismi.* Ex ea ratione etiam merentur illi libri fidem, quo annumerentur instrumentis publicis. *Phil. i. Ecol. 47. n. 10.* Mascard. *de probat. 2. Concl.* 958. 29. Imo Carpozov. *l. C. 16. d. 26. n. ult.* argumentatur a minori ad majus, statuens, si scripturæ publicæ fides habeatur, multo magis libro seu calendario Ecclesiastico propter auctoritatem Ecclesiæ, favoremque ipsius, fides erit habenda. add. Volkemann. *p. 1. Tit. 11. n. 2.* Mauritius *tractat. de restit. in integrum cap. 321.* ubi tradit, hoc universam Galliam approbare, eo, quod ex hac probatione nulla fraus resultet. Vel ob hanc saltem causam Parochi notent, ut sciant, quosnam Parochianos habeant; neque inde aliquid utilitatis privatae aut commodi pecuniarii metuendam, cum saltem per accidens & incidenter de ætate baptizatorum ex iis constet. Et pro hac sententia judicatum fuisse jam olim, refert Francisc. Vivius *Decis. 184. n. 2. L. 5.* Nicol. Janua *Tr. de privat. script. L. 5. pag. 926. n. 16.* Qui hanc disputationem, utrum liber ipsius Curati probe, vānam & futiliter vocatur. Cæterum de hoc confer



Besold. *de arar. fol. 224.* Rading. *sing. Observ. voc. Tauff-Buch.*  
Wehner. *voc. Bücher & Besold. hac voc. Menoch. presumpt.*  
*51. n. 53.*

§. 2 Quoniam & ex consuetudine pro necessario requi-  
sito literarum natalitiarum habetur, ut iis apponatur immer-  
sio sacri fontis atque Patrinatorum nomina, ideoque ex sæpe  
dictis libris hoc mutuandum est. Formula autem consueta  
plerumque solet esse hæc: Dasi auch derselbe zur Heil. Christl.  
Tauffe den N. Febr. anno N. gefordert, und zu dessen Tauffpa-  
then die Ehrwürdige, Achtbare und Wohlgelahrte N. N. und N.  
auch Erbahre und Tugendfame Herrn N. Schweiz erbethen etc.  
Nec minus per hosce libros etiam testificatur, qui ex illegitimo  
& qui ex legitimo thoro natus sit. Quod testimonium sæpe  
petitur ab eo, qui in terris exteris & longinquis ad conjugi-  
um animum applicat. vid. latissime Zepper. *in polit. Eccles.*  
*cap. 14.*

§ 3. In hoc capite & quæri meretur, num per bap-  
tismum pœnaquam alias baptizatus meruit, mitigetur? In hac  
quæstione D D. non sunt unius sententiæ: Nam affirmativam  
tenet non minima pars apud Cevall. *in Spec. aur. Comm. opin.*  
*contra. commun. quæst. 794.* Tiraquell. *de pœn. temperand. vel*  
*remittend. per c. 1. dist. 6. & caus. 32. qu. 1. c. pœnitent. & c.*  
*2. in fin. de consec. dist. 4. ubi, quicquid ab homine factum*  
*dictum, cogitatum est, per baptismum aboletur & quasi factum*  
*non sit, habetur. add. c. 136. seqq. de consec. dist. 4. & cap. 8.*  
*de divort. in VI.* Et hoc in foro observari, testatur Gloss. ult.  
*eodem.* Ferrarius *Caut. 24.* ubi recenset, fuisse aliquando obten-  
tum Paduæ in causa cujusdam Judæi, qui, commisso quodam  
enormi delicto, Christianum se effecerat, ut convocatis illu-  
strioribus totius Universitatis Doctoribus, ea per utramque  
partem disputata & ipse tandem liberatus fuerit. Contrarium  
autem



autem Theod. *Crim. c. 10. apb. 4. n. 43. & 80.* Eichel. *Disf. de remissionibus pœnarum & jure aggratiandi §. 51. n. 38.* statuunt, locos sc. allegatos restringi posse ad forum pœnitentiale, non etiam judiciale, cum baptismus tantum respiciat forum animæ: Per Sacramentum enim quis efficitur membrum Christi. *c. 36. de consec. dist. 4.* & sic talis remissio videtur habere causam limitatam, respectu sc. animæ. Alex. Ales *in 4. sue summa quest. 20. memb. 1. art. 2.* & Thomas *in 3. Summa quest. 68. a. 5. in fin.* dum scribit quod baptizati debeant satisfacere proximis de injuriis ante baptismum illatis: vid. & Gloss. *fin. in. c. 8. X. de divor.* Decian. *Conf. 130.* Marquard. *de jud. 3. p. c. 5. numer. 1.* Johann. Valer. *different. utriusque fori voc. Baptismus.* Alias enim tali modo facile possit quisque Judæus aut alius Ethnicus pœnam criminis evitare, ad baptismum fraudulenter confugiendo: sic autem occasio delinquendi, dum via illis paratissima ad pœnam evitandam esset, omnibus daretur. Quam opinionem communissimam dicit Cævall. *qu. 294. ad D. Carpov. Prax. crim. qu. 49. numer. 74.* Interim tamen nec hi negare possunt, æquiores esse illam sententiam & magnas etiam pietatis & religionis laudes affecturos Principes, qui hujusmodi pœnas ordinarias, Judæo vel Ethnico in favorem baptismi ex parte aliqua condonant vel mitigant, ut medio hoc homines ad baptismum invitentur Cuch. *L. 5. Instit. Tit. de baptis. §. 1. n. III.* & Joh. Monach. *Process. jud. pag. 2. cap. 6. numer. 47.* vid. & Ziegler. *ad Lantellor. L. 2. Tit. 13. & 11.*

CAPVT



## CAPVT VI.

De

### Conviviis Baptifmalibus.

§. I.

**N**unc delabimur ad convivia baptismalia (Taufmah) in nostris terris valde usitata: & quamvis mos ille nobis haud improbandus videatur, eo quod sicut cætera convivia mutuz animorum conjunctionis causa instituuntur, ita & hæc eundem in finem celebrantur, ut societas humana magis magisque stabiliatur, S. Numen uno quasi ore atque corde, suavique concentu colatur atque deprædicetur. Nec longe discedit ab hoc, quod tradit Cornel. Tacit. *l. 22. n. 4. de Morib. German.* dum scribit: quod in conviviis soliti fuerint inimicos sibi invicem reconciliare atque in gratiam reducere, amicitias affinitatesque contrahere: imo & horum baptismalium convivorum origo ab ipsis Judæis in circumcisionibus suis convivia instituentibus potest deduci; quin & adhuc hodie Judæi, Græci, Romani atque Turcæ, aliique pagani singularia in suis circumcisionibus convivia habent. Quorum omnium usum jam tum in primitiva Ecclesia invaluisse, multum testimonii afferunt Scriptores, propterea ea eo minus esse damnanda, ipsa suadet ratio.

§. 2 Attamen eorum abusus sæpe intercurrentes neque negari neque approbari poterit. Hodie enim imprimis Germani conviviis adeo indulgent, ut nullus fere opifex vel alius, qui manu victum quarit, in conviviis instituendis contentus sit (ut mutuem verba celeberrimi alicuius Politici) carne bubul-

ca,



ca, agnina, vitulina, anserina, gallinacea; sed & præterea pisces peregrinos, exotica vina, fructus Italicos, Hispanicos, omniaque aromatibus pretiosissimis præparata sibi comparet, nihilque rerum pretiosarum, quas in divitum & Nobilium mensis viderit, omittat, & tam magnum æs alienum contrahat, de quo liberi adhuc in senectute scenus exsolvere necesse habent; omitto quam multæ contentiones sceleraque etiam ex hac prodigalitate sæpe oriuntur. Cæterum vid. de hoc differentem Klock *de arar. L. 2. Cap. 98.*

§. 4. Hisce autem omnibus obstaculum ponere potest prudens Magistratus per leges, (quas sumptuarias dicere consuevimus) quibus non solum parsimonia tanquam virtus nobilissima sed & præterea Reipublicæ salus obtinetur, ex qua deinde ubertas, divitiæque multæ nascuntur; Reipublica enim interest, ne cives rebus suis male utantur; Abbas *Conf. 48.* sed potius sint divites. Sunt quidem, qui sine iudicio suadent luxuriam Civium & volunt, ararium hoc medio sc. ex vectigalibus cibo & potui largius impositis & solvendis augeri. Quod tamen nequitiam ferendum est. Unde enim solvant tandem, si nihil, unde solvere possint, comparcant, sed uno haustu omnia sua effundunt?

§. 5. Recte & prudenter hinc illæ leges, quas in multis territoriis vigere videmus, introductæ sunt: quibus tum ad certum numerum hospitum, tum etiam sumptuum, ciborum sc. & potus salutariter respicitur. Sic Moguntia sumptus sunt definiti non solum sed & numerus & tempus conveniendi & recedendi. quod vid. in Politica Adam Contzen *L. 8. C. 14.* §. 3. quod non minus per Recess. Imperii est cautum, præcipue *de anno 1530.* sub rubric: Vom übrigen Kosten der Hochzeit, Kindtauffen und Begräbniß. §. Nachdem auch. Et Ord. Polit. Elect. Sax. *de anno 1661. Tit. 17.* Demnach nun  
bisher



bishero bey denen Kindtauffen allerhand excessu vorgegangen und überflüssige Unkosten aufgewendet worden, welches denen Einwohnern nicht eine geringe Beschwehrung und Schaden ihrer Nahrung. So sollen nunmehr solche unnöthige und übermäßige Unkosten, (zumahl das Gefresse auf den Dörffern,) eingestellt. *Et de anno 1612. §. 12. vers.* Weil nun. ibi: So ist auch solches gänzlich verbotthen und abgeschaffet worden bey 14. Tage Gehorsams Straffe. *Quod tamen non sic intelligendum, ac si plane hæc convivia essent abrogata, sed saltim abusus; usus vero restrictus est multis in locis, ut & in ipso Elect. per Gen. Decret. ubi hæc convivia restricta inveniuntur ad 3. vel 4. fercula, ibi: und zumahl auf den Dörffern über 3. oder vier Essen in allem bey obgedachter Straffe nicht aufsetzen.* Junge *Ordin. Eccles. Archiepiscop. Magdeburg. cap. 3. art. 13. ubi de numero hospitum. Ut & in Provinciis Sax. Goth. a pi-entissimo Principe Ernesto, in Beyfugen zur Lands-Ord. part. 3. Lit. A. Synod. Schluß Tit. 5. de anno 1645. convivia limitata sunt ad certum tempus, ita ut ultra 4. horas durare non debeant: cum intra tale spatium temporis homines sat inter se amice conservari possint. §. und weil 2. ibi: So wehre solches Convivium (sc. baptismale) des Winters umb 8. und des Sommers umb 9. Uhr zu endigen, sintemahl in 4. Stunden die Leute sich zur Genüge mit einander in geziemender Fröhlichkeit ergehen können. Pariter in Comitatu Schwartzb. S. L. per Ordin. Polit. cap. 5. §. 4. § 7. certus numerus hospitum, ferculorum, ut & certum tempus est determinatum, & qui in hoc excedit, tenetur pœnæ loco pro singulo hospite, supernumerario sc. & pro singulo ferculo, thalerum solvere.*

§. 6. Si itaque horum quasi publicorum conviviorum usus restringendus est, & abusus abrogandus, multo magis & sub graviore etiam pœna, privata, clancula & luxuriosa h-  
 polia,



posia, quibus inhærere solent Patrini, alique hospites, infantem ad exteram parochiam ut in multis ocis moris est, secum ducentes; sive fiant ante, sive post baptismum, abolenda sunt. Imprimis autem talia celebrantur a rusticolis, qui in nulla re magis gaudii sæpe quærunt, quam in hisce conventiculis & comotationibus, quas tamen non raro comitata sunt maxima infantuli tenelli pericula. Ferunt, factum fuisse in aliquo loco præclaro, quo rusticola suum infantulum etiam baptizandum gestarunt, peracto autem baptismo convalarunt statim ad aliquam tabernam vinariam, e qua postea adeo vino fascinati & temulenti egressi sunt, ut infantuli secum ducendi planè immemores facti sint; imo, cum iter fere absolvisent & aliquantulum mens eorum regressa fuisset, viderunt demum Infantuli absentiam, & statim revertentes, anxie quæsiverunt, putantes, illum in via ex negligentia de manibus excidisse. Accedit quod per hoc in Deum maxime peccent. Si enim ante baptismum hoc fit, peccant in eo; quod non sobrie accedant ad actum Baptismi, tanquam venerabile Sacramentum; si post baptismum, gratias persolvere debeant Deo, qui infantem per baptismum in gratiam recepit, quod tunc temere negligitur. Quapropter & hoc in Elect. Sax. per Constit. Eccles. Gen. Art. Tit. 6. §. Nachdem auch auf dem Lande: severe prohibitum est. Verf. Als sollen alle und jede Obrigkeiten hierauf genaue und fleißige Aufsicht haben, dergleichen Unsug keinesweges verstaten, und so sie jemand betreffen, so entweder zuvor, oder nach der Tauffe, in die Bier- oder Weinhäuser mit dem Kinde gehet, und Unsug treibet, solchen nach Gelegenheit der Umstände, mit 2. guten Schocken, (welche in die Kirche, dahin die Eltern des Kindes gehörig, zu überantworten. Synod. Gen. Decret.) 3. oder 4. Tage mit Gefängniß

F

straf.



straffen, oder wohl gar andern zum Abscheu an die Pranger, Halseisen oder Narrenhäuser stellen lassen. Confer Pol. Ord. de anno 1661. Tit. 17. §. 6. Idem & constitutum reperitur in Archiepisc. Magdeburg. cap. 3. art. 13.

§. 7. Ubi autem nihil ratione hospitum seu convivorum positum vel prohibitum est, in arbitrio cujuslibet relinquatur, quot hospites invitare velit. Certis autem in locis Patrini secum ducunt Umbras, nobis in Thuringia Züchter, quasi abstemii, a modestia & abstinentia sic dicti, ac si his non tantum licitum sit, quam ceteris & solenniter vocatis. Inde usus loquendi etiam derivatus est in virgines, quæ cum ejusmodi convivii parcissime cibum sumant, vel plane recusent, ideo dicuntur abstinere züchten. Hujus latini vocabuli autem origo commode deduci dicitur a modo sequendi: ubi quis alterum, quocunque se confert, continuo & perpetuo sequitur. Sic in tantum Patrinorum sectatores nomen Umbrarum meruerunt, quia ut umbra corpus suum, ita hi patrilios suos consectabantur. vid. hic Wehn. obs. Præf. voc. Landsafferey. Ab his non multum abludit, quod antiqui habuerint servos certos, quos ad convivia euntes adducebant secum, & vocabant τῆς κατόπιν παίδας sive δούλους, servos, qui quasi post faciem vel a tergo stabant, in modum fere umbræ. Alii a modo comparandi originem derivant, ubi ultro & non invitatus quis se sistit. Sicut patrinorum comites ad Convivia non invitari, sed sponte & inopinato comparere solent, umbræ dicti: Galli Courtisans. Quo respicit Horatius L. 8. Epist. ad summum: locus est pluribus umbris. Et hæc acceptio accurate convenit cum illis, qui Umbræ vocantur pro nostris moribus. Qui quidem etiam a domino convivii non specialiter sunt vocati, id propter autem non ingrati aut invidi sunt, si veniant & adducantur augenda hilaritatis gratia. Qui mos jam  
tum



tum viguisse dicitur tempore Socratis, qui Aristodemum inducebat, ut secum ad Agathonis convivium iret, vid. & Ciceron. in *Verr.* 3.

§. 8. Eorum Numerus autem, ne in immensum crescat, per consuetudinem determinatus est non solum, ut, si tres Patrini sint invitati, singulo suam Umbram; si vero saltem unus sit Patrinus, tunc ipsi duas Umbras secum ducere, liberum sit, sed & expresse interdum a Magistratu præscriptus. Talem sanctionem in Comitatu Schvartzb. in *Ordin. Polit. cap. von Kindtauffen.* §. 3. reperimus, ibi: Es soll auch der Gæstter mehr nicht denn einen Züchter mit sich nehmen &c.

§. 9. Deprehendimus & locos præprimis in Saxonia, ubi Pastores una cum Aedituis vel Ludimoderatoribus, qui Aedituorum vice in pagis funguntur, post peractum baptismum ad convivia baptismalia invitari debeant. Sie müssen zur Biersuppen eingeladen werden. Quæ consuetudo neutiquam irrationabilis nec inde abroganda, sed bene toleranda est. Parochiani enim Ministris Ecclesiæ debent reverentiam ac benignitatem in remunerationem illorum spiritualium bonorum, quæ sibi ipsis a Pastoribus hoc in passu conferuntur, Matth. *de Afflict.* in præfat. ad *Docis. Neapol. n. 2.* quod & convenit *S. Scripturæ 1. Corinth. 9. vers. 11. Reinking. de Regim. Seculari & Eccles. L. 3. class. 1. cap. 8. n. 3. Luc. 10. v. 7.* Et non minus ex antiquitate clarum est. In primitiva enim Ecclesia & Christiani instituebant Agapas h. e. convivia, cœna dominica percepta, in quibus & pauperibus & Ministris Ecclesiæ benigne faciebant. vid. Gabriel Albaspin. *obs. de vet. Eccles. ritib. L. 1. c. 18.* Stolberg. in *Diff. de veter. Christian. Agap. & Joh. Henric. Oldekop. de Agapis latissime.* Alias, si forsitan homines minus civiles & adeo tenaces essent, ut sibi vitio non verterent ministros Ecclesiæ plane posthabere & honorem in-

F 2

vita-



vitiationis ad convivia ejusmodi detrahere, non iniquum esse, puto, si intermissis hisce, subveniatur illis. Est enim pars Salarii, quod inde patet: quando alii hospites offerunt munera, so sie schencken: Ludimoderatores suum officium loco munerum offerunt, Sie verehren die Kindbetterinn mit ihren Ampfe. Verum, nec hoc difficultate caret, quoties enim fit, ut talis non serena fronte, sed invitus expiatur. Quis ergo sibi mutuam & jucundam conversationem, & amicas amicitias promittere inde velle? Propterea huic hoc remedio praevenire voluit Elector Saxoniae, ut sc. ille Parochianus, cujus infans baptizatur, in compensationem horum accidentium (uti vocari solent,) nummarium honorarium exsolvere teneatur pro ratione facultatum hospitis, vel unicum vel duos grossos. Vide de hoc latissime Carpozov. 1. *Conssst.* 120. Quae omnia clarius elucescunt ex verbis Rescripti Consistorii Supremi, quod Dresdae est, die 2. Septemb. anno 1618. Der Biersuppen halben aber, lassen wir es bey euer Anordnung, und daß davor (woferne das Tauffessen von des Kindes Vater ausgerichtet wird,) die bishero gegebene zwey Pfennige mit eingerechnet, ieder einen Groschen dem Custodi reichen sollen, bewenden. Sie wolten denn an statt dessen ihm des Tauffessens mit genießen lassen: und ihr werdet beyde Theile hierauf zu bescheiden wissen.

§. 10. Quantitas autem hujus pretii ratione Pastoris valde variat. In quibusdam locis porrigitur Semithalerus; vel 8. grossi, plus vel minus, pro constitutione legis, vel ratione arbitrio illius, cujus infans baptizatur. In pagis ultra duos vel quatuor grossos vix se extendet, quod positum est in Const. Eccles. Sax. Vinar. L. 2. c. 20. §. 6. Jedoch nachdem wir berichtet worden, daß an etlichen Orten auf dem Lande den Pfarrern von der Tauffe entweder gar nichts, oder nur etwa ein Glas



Glaß voll Sals verchret werde, so soll solcher Mißbrauch und Uebelstand abgeschafft, und an dessen statt denen Pfarrern vor die Tauffe 2. Groschen gegeben werden.

§. II. Nec est, quod ex hoc speciem Simonix colligere possis, si pro administratione baptismi aliquid accipiant Pastores, ut quidam volunt, argumento deducto, ex 2. Reg. 5. & ex Actor. 8. Cum & in primitiva Ecclesia Sacerdotes sua acceperint munera, portiones victimarum &c. imo Dominus mandavit, ut ministerium non verbis solum, sed & muneribus honorari debeat. Deut. 12. v. 19. Accedit: quod, ubi hoc introductum, salarium regulare sit nimis exiguum, & ob hanc causam a Magistratu constitutum, vid. egregie Köppen. Enucleat. Jur. Decad. 2. Enucleat. 10. n. 5. 4. Dignus enim est operarius mercede sua. Luc. 10. v. 7. Ideoque Pastor hoc iure potest sumere, sicut aliud salarium; Nec hoc ipsi solvitur, vel pastor postulat tanquam pretium venditionis, sed in recompensationem laboris.

§. 12. Quæ tamen aliter intellecta nolumus, quam de tali casu, ubi hoc positum, vel consuetudinis est, alias enim neutiquam Pastori integrum est, aliquid pro baptismo petere, imo id ipsi potius improbandum & maximo vitio vertendum est, si aliquid postulat pro hoc. vid. Carpz. 1. Consil. 129. latè, quod expresse prohibitum reperitur in Ordin. Eccles. Sax. Elect. artic. gen. 26. in pr. ibi: Es soll niemand von Reichung des hochwürdigen Sacraments der Tauffe und Nachtmahls des Herrn, den Kirchendienern etwas zugeben pflichtig seyn. Si quis autem Pastorum hoc non observet, mercedemque certam postulet, ob scandalum exinde exortum a Magistratu Eccles. pœna remotionis puniendus est; ut demonstrant verba Rescripti a Consistorio Supremo Dresdensi emissi. Wollet unterdessen den Substituten bey Verlust seines



Dienstes befehlet, daß er vor die Reichte und Tauffe von den  
Leuten, inhalts des 26. Gen. Articulus, nichts fordern, auch  
sonsten aller Neuerung sich gänglich enthalten solle. Nisi ipsis,  
quod non invidendum, a parochianis aliquid ultro porriga-  
tur; Hoc tunc audit signum gratitudinis auditorum. Et sicut  
aliis, ita & his licitum est, donationem accipere. Quod per-  
mittit ipsa Ordin. Eccles. art. gen. 26. in fin. in verb. Da  
ihnen aber, iemands etwas freywillig und ungefordert reiche,  
daß soll ihnen zu nehmen unverboten seyn. vid. Carpzov.  
1. Consist. 118.

S. 13. Sed obiter hic queritur, num Episcopus vel  
Magistratus hoc ipsum quod aliquid solvarur pro baptismo,  
salva conscientia tolerare debeat? Distingunt inter id, quod  
nondum, & id, quod jam introductum est, ita, ut priori mo-  
do negetur: posteriori autem modo, si introductum, utique  
salva conscientia tolerari possit; nec absque pragnanti causa  
sit abrogandum, præsertim in hoc ferreo seculo, ubi grati-  
tudo auditorum excitanda potius, quam extinguenda est.  
Balduin. de Cas. Cons. l. 4. c. 10. cas. 5. Et illic Sereniss.  
Duc. Sax. Vin. respexere, cum rescripserunt: Ob zwar nie-  
mand von der Reichung der hochwürdigen Sacramente, der  
Tauffe und des Nachtmahls des Herrn, den Kirchendienern  
etwas zu geben schuldig, so versehen wir uns doch gnädigst,  
es werden die Vermögende Eingepfarreten in diesem und der-  
gleichen Fällen gegen ihre Seelsorger, aus freywilliger Mil-  
digkeit sich gutthätig zu erweisen, von sich selbst geneigt seyn.  
Wo aber disfalls ein gewisses Herkommen, hat es darbey sein  
Verbleiben.

CAPVT



## CAPVT VII:

De

### Patrinis & Obstetricibus.

§. I.

**H**ic, si moremur, latus se exereret campus dicendi de Patrinis, ut & de Obstetricibus largissimus se effunderet quaestionum Oceanus. Verum cum adhuc novissime, dedita opera, hæc materia ab aliis sit delincata, acta agere nolumus, sed potius manibus, terminalia quærere iungimus. Hoc tamen non obstante, liceat brevissimis quadam admonere circa eorum officium in actu baptismi necessaria.

§. 2. Testium, quos in baptismi administratione adhibere solémus, seu Patrinorum, (qui & insuper vocantur Susceptores, Propatres, Fideiussores *c. 105. de Consec. dist. 4.* ac Sponsores,) usum in Ecclesiis observandum esse, omnes suadent Theologi, eo quod non minus eorum usus ex jure divino probari possit, ut videre est *Esaia 8. v. 2.* Ubi Propheta impositurus filio suo ex mandato divino peculiare nomen, in circumcissione duos impositi nominis testes adhibebat. Qui & mos nec Juri Civ. est incognitus, ut constat *ex l. 26. C. de nupt. ut & Can. tit. X. de cognat. spir. can. 105. & seqq. de consec. dist. 4.* Quamvis absolute ad baptismum necessarii non sint: vid. Baldum, *in Cas. Const. pag. 413. & 422.* tamen variae causæ occurrunt, ob quas adhiberi possunt, nim. (1) ut infantes baptizandos Ministro verbi offerant & sistant, ac precibus suis eos Deo commendent. *Matth. 19. v. 13.* (2) Confessionem nomine infantulorum edant. (3) Testes



Testes sint baptismi legitime administrati. *Esaia 8. vers. 2.*  
(4) & tandem obligent se ad instituendum infantem in do-  
ctrina. Brochm. *in art. de baptism. Sect. 1. in fin.* Finck.  
*Tom. 5. Carpoz. 2. Consist. 271. Dunt. Cas. Consc. c. 14. Sect.*  
*poster. de baptis. quest. 5.*

§. 3. Sed occasione hujus: (Quando dicitur; con-  
causam Susceptorum esse, ut sint testes baptismi,) quaeritur,  
quot Susceptores sint adhibendi in baptismo? Extat quidem  
*in can. 101. de consec. dist. 4.* quo praecipit Leo. I. Papa: Non  
plures uno accedere debere ad suscipiendum ex baptismo in-  
fantem Zepper. *Pol. Eccles. L. 1. c. 14. Svarez. Tom. 3. quest. 67.*  
Sed repugnare videtur hoc praecipitum Juri divino & huma-  
no; illi, quod Num. 35. v. 30. Deut. 17. v. 6. & 19. v. 15. non  
uni testi credatur; huic, quia in ore duorum vel trium tes-  
tium consistat omne verum. *c. cum esses 10. X. de Testam. &*  
*ult. vol. & c. 10. & 23. X. de Testib. & attest. l. 9. C. de test.*  
*Cephal 5. Conf. 651. n. 28. Mascard. de probat. 1. concl. 5.*  
*n. 117.* Unde & miratur Rittershus. de differentia Jur. Can.  
& Civ. *L. 1. cap. 17.* quod non hic secutus sit Pontifex, Leo,  
illud, quod tamen alias in omnium ore semper volutatur.  
Quod postea non observatum, sed in desuetudinem devenis-  
se; cognoscitur *ex c. ult. de cognat. spirit. in VI. & c. ult.*  
*Caus. 30. quest. 4.* Hoc autem iterum pristino vigori restitutum  
& denuo conclusum fuit, in Concil. Trident. *Sess. 24.*  
*c. 2.* ut unus tantum sive vir sive mulier, vel ad summum  
unus & una baptizatum ex baptismo suscipiant, Rittershus.  
*all. loc.*

§. 4. Hic, quamvis nemo sit, ut opinor, qui non  
certum & definitum Susceptorum numerum inter adiaphora  
referat. Integritati enim & efficaciae baptismi nihil accedit  
vel decedit. Gerhard. *loc. de baptis. §. 269.* Quod & confir-  
mat



mat Decret. a Consist. Suprem. Dresdens. *Mens. Septembr. Anno 1617.* ibi: Ob nun wohl die Anzahl der Gevattern vor ein nützlich Ding zu halten, in welchem Fall die Kirche zu keiner Gewißheit verbunden. Tamen satius & tutius esse, si duo vel plures adhibeantur, propter testimonii infirmitatem atque educationis necessitatem, ut sc. Parentibus ut & Patrinorum uno vel altero mortuo, infans pie educari possit, docte judicat Gerhard. *loc. de baptismo §. 269.* & Rittershus. *c. l.* Nisi alia in loco aliquo vigeat consuetudo, quæ plures seu pauciores Patrinos admittat, tunc illi inhærendum. *l. 1. §. ult. ff. de vent. inspic. l. 50. §. ult. ff. de legat. 1.*

§. 5. De illa consuetudine, quæ unicum saltem Susceptorum tolerat & præ cæteris locis etiam Coburgi floret, testatur Finck. *quæst. 93. in fin.* Et de ditione Norica adeas Rittershus. *prælaud. loc.* Quam consuetudinem ubivis introductam exoptat Zepper. *L. 1. c. 14.* multis ex rationibus hoc demonstrans. De Hassia vero, Thuringia & Misnia: imprimis etiam de terris Sax. Elect. videatur Carpzov. *2. Consist. 268.* In quibus locis plures quam tres adhiberi nequeunt, (habito tamen respectu Sexus: ut, si masculus baptizetur, duo masculi, una foemina: si autem puella duæ foeminae & unus masculus adhibeantur,) Propterea, ne Sacramentum hoc in turpem quandam & avaram nundinationem & quæstum convertatur, præcautum est in ordin. Eccles. Elect. Sax. *artic. gen. 6. §.* Als auch unlaugbar vermercket, daß bey vielen das Hochwürdige Sacrament der heiligen Tauffe, um das Einbindens, Geschenke und sonderlichen Nutzen, etwan auch unziemlichen Prachts und Hoheit willen, mit grosser Menge der gebeten Gevattern in ärgerlichen Mißbrauch gezogen und also etliche hierdurch Krämeren, fast dergleichen wie verrückter Zeit die Messpfaffen im Pabsthum mit ihren Messen, getrieben, nicht ohne



grosses Aergerniß aufrichten, und zu erbärmlichen Anstoss der Einfältigen einführen, und also denselbigen gleich sündigen und mit dieser Leichtfertigkeit Gottes Zorn wieder uns erregen thun: So sollen hinführo nicht mehr denn 3. Bevattern gebeten und hierüber niemand zugelassen werden. *ic. Et secundum hæc iudicavit suprem. Consist. Dresdens. die 24. Septembr. an. 1617. ad casum: ubi quis omnes suos Cognatos & Affines Patrimonos invitare voluit. ibi: Dieweil aber gleichwohl die Churfürstl. Sächsl. Kirchen-Ordnung deswegen klare Masse giebet, und diese Bevattung thut, daß bey einer Kindtauffe mehr nicht, als 3. Bevattern gebeten und ersuchet werden sollen. So habt ihr euch dißfalls darnach zu richten und mag euch mehr, als 3. Bevattern zu bitten, nicht verstattet werden. B. N. W.*

§. 6. Si quis igitur ab hac consuetudine recedat, pœna non immerito afficiendus est. Non enim sufficit, leges promulgare, nisi subditi etiam metu pœnæ ad has leges obligentur. *l. 19. ff. de offic. Præsid. l. 1. §. 13. ff. de vent. inspic. Et autem pœna in Electoratu Sax. constituta gen. art. 6. centum florenorum, In verbis: So sollen hinführo nicht mehr, denn drey Bevattern, bey aufgesetzter Straffe 100. fl. welches wir hiernit wiederum erneuert haben wollen, gebeten, und hierüber niemand zugelassen werden. Quæ tamen lex aut nondum increbuit; aut statim decrebuit, ita ut hodie pœna sit arbitraria, & pro ratione personarum delinquentium Judicis arbitrio relinquatur. l. 11. pr. l. 13. ff. de pœn. Gomez. de delict. c. 3. n. 60. Reusner. L. 2. Decis. 20. n. 6. Quem & in modum responderunt Consistoriales in Elect. Sax. Dresd. die 15. Julii anno 1625. Was massen der Pfarrer bey euch sich über einen Haufgenossen, so 5. Bevattern zu bitten sich unterstanden, beschweret, das habt ihr inlegend zu befinden, begehren hierauf *ic.* Ihr wolleth ihn vor euch ersodern, ihm seinen Unfug verweisen, und*



und andern zum Exempel, auf etliche Tage mit Gefängniß Strafe belegen.

§. 7. Deinde diximus, Susceptores adhiberi propterea, ut confessionem nomine infantum edant. v. g. si quaratur a Pastore: abrenunciasne Satanæ, it. credisne in Deum Patrem, Filium & Spiritum S. Hi respondent: abrenuncio: credo. Ubi notandum, quod sint, qui hunc ritum, ut Patrini pro infante sponsones interponant, abrogatum volunt, fundamenta querentes in principiis Jur. Civ. ideo, quod Patrini vel pro infantibus vel pro adultis stent: si prius, notum est, quod nemo ad alienum factum promittendum obligetur. §. 3. *f. de inutil. stipul.* Sed his alii respondent, concedendo quidem Jure Civ. alterum alteri non posse acquirere obligationem; *d. §. 3.* interim tamen excipi Tutorem, Curatorem atque Patrem: pro quibus & Susceptor habeatur, dicaturque Pater spirituales sæpe in Canonibus. Hæc autem fictio nequam hic procedet, cum saltim in quibusdam locum sibi vindicet & ultra prohibitionem matrimonii se vix extendat. Itaque potius ad fundamenta S. Scripturæ recurrendum esse existimant. Requirit enim Deus ex parte baptizandi nihil aliud, quam fidem: quam parvulos habere affirmat Salvator. *Marc. 9. v. 42.* Hanc tamen fidem loco parvuli Susceptor interrogatus publice confiteretur, respondendo sc. loco ejus: Se credere; & sic quasi interpretis locum tenet.

§. 8. Alterum membrum hujus capituli, nempe Obstetrices quod attinet. Dico harum verecundiæ causa admittendarum munus etiam in singulis civitatibus & pagis summopere esse necessarium: quippe, sine quarum auxilio, & ope multæ prægnantes, ut & foetus de vita sua facile periclitari possent, referente Hygino, apud Cujac. *17. D. 27.* Quapropter & Atheniensibus non injuste vitio vertitur, quod lege



præcaverint, nequis servorum aut foeminarum artem medicam disceret; & sic Obstetricibus etiam omnem viam aliquid discendi & aliis applicandi, præcluserint. Quo tandem evenit, ut pleræque mulieres verecundia ductæ, dum mares medicos adhibere nolebant, perierint. A quibus autem recte nostræ Republicæ discesserunt, quæ perfecti. Obstetricibus optime sibi ubique prospexerunt & adhuc prospiciunt. Vide Fürstl. Goth. Land. Ord. Synod. Schluß §. 18. Schließlichen, weil an so wenig Orten verpflichtete Wehmütter zu finden, ja an manchem Orte gar keine, als ist vor sehr nöthig und nützlich erachtet, daß solche Personen bey den geistl. Untergerichten bestellt, und darbey wohl exploriret werden solten, damit sie in dem Christenthum gnugsam gegründet, von denen Sachen, darzu sie zu gebrauchen, guten Verstand haben, und auch sonst eines Christlichen Lebens und Wandels seyn mögen. vid. & Caspar Huberini Bedencken von den Hebammen und ihrem Amte apud Dedekenn. d. l. Sect. ult. N. ult. latissime in der Braunschw. Kirchen-Ordn. cap. Von der Nothtauffe. §. Demnach an den Hebammen.

§. 9. Transeamus jam, repositis aliis, ad ea quæ ad Obstetricum officium h. l. pertinent, quod deprehendimus imprimis in hoc consistere, ut curam habeant & diligenter vigilent, quantum fieri possit, quo baptismus non solum maturetur, sed & infans, sicut ante, ita & post baptismum, frigore vel alio malo non gravetur, vel lædatur. Et hoc præcaveri potest, si infans denudatus mature iterum fasciis involvatur. Quod & vult cit. Huberini. h. l. ibi: Indeß sollen auch die Hebammen bey der Tauffe Achtung haben im auf und zubinden, daß die Kindlein, nicht durch langsam umgehen erkälten, und hernach davon frantz werden, und etwan grossen Schmerzen empfangen aus Hinfälligkeit und Unachtsamkeit und Biederlichkeit. Welchem getreue, fleißige, und behende Hebammen leichtlich fürkommen können.



§. 10. Cum & supra monuerimus, tempore necessi-  
tatis quemlibet posse administrare baptismum, nemo forsitan  
erit, qui contendat, excludendas ab hoc obstetrices; quippe  
quæ semper sunt proximiores tali casu. Quod & Jure Can.  
expresse approbatur. *c. mulier. 20. C. in necessitate 21. de con-  
sec. dist. 4. Ivo p. 1. C. 191. Niceph. l. 1. Jur. Grac. Rom. Sect. 5.  
c. 1. Rittershus. p. 1. Nov. C. 4. num. 11.* Quibus textibus ex-  
asse suffragatur Sanctio Eccles. in Elect. *gen. art. Tit. 6.* Von  
der Nothtauffe. Ibi: Weil aber auch in der Christlichen Ge-  
meinde eine löbliche und wohl gegründete Gewohnheit gehalten  
wird, daß alle Christliche Personen und sonderlich die Wehmüt-  
ter, (in Ansehung daß auch die Weiber Mit-Erben des Reichs  
Christi seyn: Und die Noth der gemeinen Regul nicht unterworfen  
ist,) zur Zeit der Noth in Abwesen der Männer, die Kinder  
getaufft haben, welches man die Nothtauffe genennet hat. So  
ist diese nicht aufgehoben, sondern in ihrer Krafft verblieben.  
*Conf. Goth. Wehemutter-Ordn. de anno 1658. §. da sich es be-  
geben solte. 2. Ordin. Eccles. Schvvarztz. cap. 4. §. 10. Braunschw.  
Kirchen-Ordn. & Magdeburg. Ordin. Eccles. Tamen Obste-  
tricibus præferri debeant viri, si haberi possint. Quod col-  
ligitur ex Ordin. Eccles. Elect. d. r. Sondern: da sie einen Kir-  
chendiener oder sonst einen Christl. Mann in der Eyl zu handten  
haben können, denselben beruffen, und das Kindlein tauffen  
lassen.*

§. II. Sed, quamvis mulieres ad baptismum admit-  
tantur hoc in casu, tamen prohibitum est, ut Sacramen-  
tum hoc in Ecclesiis peragant, cum ipsis in Ecclesiis silen-  
tium sit impositum. Quod illustrat illud iudicium Bugen-  
hagii Pomerani, apud Dedeck. *Vol. 1. L. 2. Sect. 2. de baptism.*  
*num. 15.* Das thun wir aber, gleich wie unsere Weiber in der



Kirchen nicht müssen predigen. Mulier in Ecclesia taceat, also lassen wir sie auch nicht in der Kirchen tauffen.

## CAPVT VIII.

De

### Contrariis Baptismi.

§. 1.

**P**rimum, quod queri meretur in hoc capite, est: An non baptizato sit communicanda Coena domini? Neg. quia baptismus est Janua & fundamentum omnium Sacramentorum, Ziegler. *ad Lancelot. pag. 163.* Aedificium autem superaedificari non potest, ubi fundamentum deest. Lancelot. *L. 1. Tit. 27. §. 10.* Accedit, quod Sacramenta sint bona Ecclesiae propria. Et propterea, qui sunt extra Ecclesiam constituti, ad eorum usum non sunt admittendi *1. Corinth. 5. v. 12. arg. C. 4. de consec. dist. 4.* Quemadmodum & ad Sacramentum seu epulum agni Paschalis, quippe quod typus fuit Eucharistiae; sicut Circumcisio baptismi, *c. 5. de consec. dist. 4.* non fuerunt admissi, nisi qui per Circumcisionis Sacramentum in consortium Ecclesiae fuerint reпти. *Exod. 12. v. 48.* Prius enim est nasci, quam pasci, in vita naturali. Ita quoque per baptismum ex aqua & spiritu oportet nos renasci, antequam Christi corpore & sanguine ad vitam aeternam aliamur. *Job. 6. v. 54.*

§. 2. Praeterea illud hic queritur, num infantes nondum baptizati honesta sepultura & cum consuetae ceremoniis sint funerandi? Quod negant Pontificii, qui eos in peculiari aliquo



aliquo in coemeteriis angulo absque cantionibus & ritibus Christianis sepeliunt, eo quod vel absolute illos condemnandos esse, credunt. Vid. Quensted. de sepultura Veterum *c. 3. pag. 53.* Vel, ut quidam, qui eos nec beatos, nec damnatos judicant, sed peculiarem juxta infernum locum ipsis assignant: quem limbum infantum non baptizatorum vocant: in quo ipsis neque bene neque male esse existimant. Quid autem de hoc limbo habendum sit, egregie deducit Salom. Glassius in Tract. cui nomen attribuit: den Mosaischen Lehr- und Geschicht-Kern. Nos vero, cum secundum Theologorum nostrorum communem sententiam ejusmodi infantibus propter immensam Dei bonitatem & misericordiam salus aeterna deneganda non sit, propterea: quia in eorum culpa non est, quo minus utantur Sacramento baptismi. Gerhard. *Loc. Theol. 8. §. 139.* & in hoc sequimur sententiam eorum, qui statuunt: illis neququam esse denegandam sepulturam honestam, cum consuetis ceremoniis. Potius namque erigi, solatioque affici debent Parentes per talem casum maximum dejecti. Quod & multis ordin. & sanct. Becl. est comprobatum & praeceptum: praecipue autem in der Niedersächs. Kirchen-Ordn. quam vid. apud Dedekenn. *Conf. Theol. 1. Membr. 2. Sect. 8. 1.* cujus verba haec sunt. Endlich wollen wir auch uns mit unsern Christlichen Begräbnissen von den Papisten hier absondern, daß wir mit nichten wollen zulassen, daß die ungetauften Kinderlein, so etwa in Mutterleibe geleebet und todt auf die Welt gebohren, mit der Eltern und fürnehmlich der Mutter schmerzlicher Traurigkeit und Ansechtungen, nicht sollen Christlich begraben werden: denn was von solchen Kindern nach Gottes Wort zu halten und zu glauben ist? Haben wir zuvor an seinem Orte gemeldet. Darum sollen sie mit allen Christl. Ceremonien, Geselte und Gesänge zur Erden bestätiget



stätiget werden. Idem vult Ordin. Eccles. Sax. Elect. d. gen.  
art. Tit. 15. S. Diemeil auch. & Weymarische Kirchen-Ordin.  
L. 2. C. 17. S. 3.

§. 3. Sape etiam accidit, ut hoc Sacramentum reli-  
giosissimum ab hominibus minus religiosis contemnatur &  
pedibus quasi conculcetur: Ideoque & de hoc tanquam de  
contrario in presentiarum agere necesse duximus. Nam ac-  
cidere posse, ex experientia habemus, ut unus vel alter Adu-  
tuus vel is, qui locum ejus tenet, nescio, an Diaboli suasu,  
per acto baptismo, aquam baptismalem aliis ad petitum ero-  
get; vel ipse ad usus superstitiosos utatur: Quibus quidem  
obviam ire voluit Elect. Sax. per Decret. Synod. de anno 1624.  
hisce verbis: Wegen Ausgießung des Tauffwassers ist ander-  
weit unser ernsther Wille und Meinung, daß zu Vermeidung al-  
les Mißbrauchs, dasselbe von Custode bey Verlust seines Diensts  
und anderer schwehren Strafen nicht verkaufft, noch verhandelt,  
sondern stracks im Beyseyn des Pfarrers an gebührliche Orte ge-  
tragen, und weggegossen werde. Verum quomodo hoc saepe  
ex negligentia Pastorum, qui interdum Aduutorum suorum  
fidei nimium tribuant, intermittatur? non dicam.

§. 4. Quæritur itaque, si quis Aduutorum huic ad-  
versetur, quali poena sit puniendus? Quamvis quidem olim  
certa sit statuta poena: d. Decret. Synod. sc. remotionis, illa  
tamen neutiquam est proportionata delicto. Quod & eluce-  
scit ex verb. d. Decret. und andern schwehren Strafen. Dispi-  
ciendum igitur, quid tali casu obtineat? Certi autem juris est,  
poena in jure haud definita, succedere arbitrium Judicis in  
dictanda coercitione. Farinac. in Prax. Crim. L. 1. Tit. 4.  
quest. 30. n. 9. Tiraquell. de pæn. temperand. caus. 31. n. 34.  
Etsi vero arbitraria multa certam in jure non habet legem  
prescriptam, sed decisionem a Jurisperitis petere jubet: tamen  
plerum-



plerumque hodie casti expectare scimus relegationem: sive temporalem seu perpetuam fastigationem; vel amputationem manus; quæ non raro cum antecedenti connectitur: item carcerationem, aut etiam multam pecuniariam; nunquam autem poenam mortis *Gloss. in cap. inquisitionis X. de accusat.* Quod & in terris Electoratus Sax. multis Constitutionibus comprobatur, ut *Constit. 8. 35. 42. 43. 45. p. 4.* Patet igitur, quod graviori, quam relegationis ad certum tempus; aut in perpetuum; vel fastigationis poena affiendi neutiquam sint tales Custodes aqua baptismi abutentes, cum non ineant pactioem cum Dæmone: nec magicis artibus quicquam damni inferant hominibus, sed saltem superstitiosis remediis, vel morbos vel fascinationes depellere studeant. vid. *Carpz. 2. D. 85.* Proinde etiam judicandum est pro ratione usus. Si ad magicos, pravosque usus adhibita sit, poena etiam exasperabitur v. g. fastigatio cum relegatione, ita tamen, ut non deveniatur, ut jam dictum, ad ultimum supplicium. Quem & in modum responderunt Lipsiens. Scabini, qui cuidam custodi, qui aquam baptismalem mulierculæ dederat, quam tamen statim poenitentia ductus repetierat, poenam relegationis ad aliquot annos dixerunt.

§. 5. Eandem etiam poenam de aliis S. S. baptisinate abutentibus sumendam esse, sine hesitatione ex generalitate textus parilique ratione statuimus. v. g. si muliercula superstitiosa, vel vetula infantibus baptizandis corallia, margaritas, aureos & argenteos globulos & similia annectant, ut simul cum infante, ut loqui solent, baptizentur, ut singulares inde vires ac efficaciam consequantur; ad quæ omnia respicit generaliter in *Elect. Sax. gen. art. de an. 1580. Tit. 6.* Verl. Das höchwãrdige Sacrament soll mit aller höchster Reuerens, Ehrerbietung, und ohne einige unchristliche Mißbrãuche oder Leichtfertigkeit


H

tigkeit



tigkeit der Bey- oder Umfiehenden, Inhalts der Kirchen-Ordnun-  
gen, gehandelt werden. Specialiter autem in der Weymaris.  
Kirchen-Ordn. l. 2. c. 12. §. 10. Et in der Gräfl. Schwarzb.  
Kirchen-Ordn. c. 4. §. 9. ubi insimul cautum, ut infantes in  
totum denudentur, ne aliquid superstitionis locum habeat,  
vel dolus exerceatur, ibi: Wie denn auch hinführo allerer Or-  
ten die Kinder nicht eingewickelt, über das Haupt allein, son-  
dern bloß aus den Windeln anch über den Leib getauftt werden  
sollen. Sed cum pagellæ præter spera creverint, plura ad-  
dere, hic supersedeo multaquæ libens omitto. Tu in-  
terim, benevole Lector, hanc qualem qualem Opellam In-  
auguralem sereno pectore suscipe: A te autem non rigidam  
Censuram, sed æquum expecto iudicium. Tandem  
cum Deo T. O. M. quò cum hunc laborem  
cœpi, facio

F I N E M.





Plus ultra.

- (1.) Qui in ægritudine constitutus baptizatur Presbyter Jure Can. ordinari nequit.
- (2.) Baptizari possunt & dementes & dormientes.
- (3.) Baptizatus Jur. Can. non potest in uxorem ducere filium illius qui eum baptizavit. Sed cognatio illa spiritualis quam fingunt Canones in foro nostro non attenditur.
- (4.) Nemo cogendus est ad baptismum.
- (5.) An supposito infanti (einem Wechselbalge) baptismus conferendus est; Neg. Si magis transformatus quam creatus conspicitur.
- (6.) παιδοβαπτισμός etiam ex jure Civ. demonstrari potest.
- (7.) Baptizatus & mox baptizandus eodem privilegio gaudet.
- (8.) Multis in locis etiam inter Lutheranos Exorcismus in usu non est, in aliis recte servatur.
- (9.) Non baptizati non possunt esse Patrini seu Sceptores.
- (10.) In bicipite numerus Patrinorum geminandus est.
- (11.) Abbates, Monachi, & Moniales Patrini esse nequeunt?
- (12.) Competit liberis ratione munerum in testimoni-



monium baptismi acceptorum in bonis paren-  
tum hypotheca.

- (13.) Si pater Paternos vel Susceptores ad baptismum  
infantis invitare recusat, mater aliique cognati ad  
invitandum admittendi sunt.
- (14.) Judæus baptizatus succedit Patri,
- (15.) Potest quis nonnunquam pro præstanda fide-  
jussione spirituali requisitus, officium illud honeste & licite recusare.
- (16.) Patrinus pro suscepto & vice versa potest testimonium ferre.
- (17.) Si Medici & Obstetrices concurrunt & hæc affirmant, illi autem negant aliquam virginem adhuc esse, Medicorum fides prævalet.
- (18.) Si par numerus est Obstetricum aliquam virginem esse affirmantium atque negantium, magis affirmantibus credendum est.



*Ad Clariss. DN. Doctorandum.*

**E**N Tibi quam gemini Themis in clyta Juris honorem  
Destinat! hinc merito munera larga feres.  
Macte animi Virtute, Deo, Patriæque Tuisque  
Charior haud ulla lege tuendus eras.

*Plausus votivus.*

N. C. Lynckeri. D.

**E**X terra gremio jam surgunt agmina florum,  
Turbaque vana sibi viliaserta parat.  
Uberis ingenii fructus, HARTVNGE, tulisti,  
Qui Tibi dant ingens conciliantque decus:  
Floribus ex nitidis, gemitis Permesidos unda,  
Serta Themis necesse nobiliora Tibi.

*Gratulab. f. l. m. q.*

Henr. B. Roth / D. P. P.

**T**E baptizatum nova dissertatio demonstrat;  
Perque hunc BAPTISMVM dat nova dona Themis!

*Nobiliss. atque Clarissimi*

Dni. HARTVNGII

honoribus optime meritis

FELICITER! acclamat

Augustinus Henricus Faschius, D. P. P.

**U**T Doctores bene nanciscaris honores  
De gelidis dantis BAPTISMI differis undis.  
Eternam requiem, & dulcissima gaudia coeli.  
Hinc TIBI splendidulo pro munere tempore cuncta  
Totius vitæ ridebunt: florida Maji  
Versicoloris erit TIBI valde semper imago!

*Hiscæ Nobiliss. atque Consultiss. Dn. Doctorando, Conterraneo ac  
amico suo defecato gratulari voluit, debuit*

Joh. Christoph. Münch / D. Cur. Prov. & Illustr.  
regim. Saxo-Jen. Adv. Ordin.

H 3

Dum



**D**um tentas docte BAPTISMI tradere jura,  
Te doctum & Sacri juris in arte probas.  
Per Themidem dudum promissi hinc dantur honores  
Digno; fraterno grator amore TIBI.

*Ua Fratri suo dilectissimo, de Summis in Ulroque  
Jure honoribus*

**Job. Christ. Hartung / Phil. & J. U. D.**

## Madrigal.


**S**o weist sich endlich aus /  
Was / Bertheßer, Ihm wurde zugebracht /  
als Er der hieß'gen Themis-Haus  
zum erstenmahl berrate /  
und in Apollens Zunft sich thate?  
So muß auch seyn /  
sonst stellte mancher das Studiren ein:  
es bliebe manches Buch in Winckel stecken /  
manch kluges Thun solt' Asch und Staub bedecken;  
Wenn nicht Entgelt uff Mühe folgte /  
Diß ist / was Bertheßer,  
Ihn unverdrossen hat gemacht:  
Er brauche, wie Er thut / nun solcher Ehren wohl /  
Er wird Sie vöslig nach und nach erlangen /  
und bald in Purpur-Hute prangen:  
Denn Themis hält Parol.

Job. Exc. Herrn D. Hartungs  
Sämliche Tischgenossenschaft.











ULB Halle  
006 381 731

3



VD18


W17











I. N. S. S. T.  
DISPVATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

De  
**BAPTISMO,**

QUAM  
Divina adspirante Gratia  
*Autoritate Illustris in Inclita Salana*

JCTORVM SENATVS  
SVB PRÆSIDIO  
VIRI

*Magnifici, PræNobilissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*

**DN. NICOL. CHRISTOPH.  
LYNCKERI,**

JCTi Consummatissimi, Ducum Saxon. Consiliarii  
eminentissimi, Facultatis Juridici Senioris, ejusdemque Pro-  
fessoris Primarii, Curie itidem Provincialis ac Scabina-  
tus Assessoris gravissimi,

*DN. Patroni ac Promotoris sui omni observantia cultu atatem  
prosequendi*

**PRO LICENTIA**

*Supremos in utroque Jure Honores ac Privilegia more*

*Majorum capeffendi,*

*Publicæ submittit disquisitioni*

**JOH. JACOB. Hartung/ Marlishuf. Thur.**

*Ad D. April. Anno M. DC. LXXXV.*

EDITIO QUINTA.

Litteris WERTHERIANIS.